uationē dictarū cognitionū ispexeris: nā i alijs
qdez vniuersis febribꝰ he tales iuasiones fiunt
sine cibatione: ꝫm etichas vo iꝫm ꝯriuz neqz
vľiter iuasio fit ꝫm vllum tēpus: sed vna est cō
tinua febris sicut q̄ vocat̄ ꝓprie synocha. Sed
illa qdē sicut flāmā quādā q̄multā obuiantez
hz manū imittētibꝰ ꝛ pulsus velocissimi ꝛ spis
sissimi ꝛ maximi existūt ei. Scd̄m ethicas vo
febres neqz mľtitudo obuiat caloris: ꝛ pulsus
intātū minores ꝛ rariores ꝛ tardiores his q in
synochis sunt quantū nimiruz ꝛ calor minor.
Igit̄ cōe qdez oium ethicarū febriū est ibecil/
les eē ꝛ eq̄les semꝑ a primo principio vsqz ad
finē vltimū: ꝓpriū aūt his que marasmoꝝ. i. ta
buz sunt cognate siccitas est: qr multotiēs sine
siccitate ethice cōsistūt: nō trāscēdentes in ma/
rasmum idest tabē quales ꝛ nunc facte sunt q̄
multis in fame. Maxime ergo a synochis qui/
dem differt vt dictum est ethice fe.

¶ Quia iā posuit signū quo gn̄aliter docuit distinguere ethi
cas feb. ab alijs: hic qa in suo signo apparebat dubiuz vult
ethicā distinguere spāliter a qbusdā feb. ꝛ p̄ᵒ distiguit a fe.
putrida que hn̄t iuasiones incōtritas sicut sunt q̄dā feb. ꝯti
nue in qbꝰ fiunt excrescētie sine manifestis accn̄tibꝰ typi: ꝛ
dato ꝙ nō oino ab illis occulte absoluant̄: ꝛ dicit ꝙ qm̄ fit
ꝫm q̄sdā feb. accēsio modica. i. modica additio caloris q̄re
sine ꝯtritiōe: lz nō oino. Alia lr̄a dicit incōtrita accēsio: ꝛ sic
in hoc nō vr̄ h̄ synthoma. i. hoc signū positū eē ꝓpriū ethi/
carū. Deide q̄si moto dubio assignat dr̄iaz iter istas ꝛ ethi/
cas dicēs ꝙ differt nō paruz. s. additio calľitatis in ethicis ꝛ
in qbusdā alijs: qr in alijs febribus si fiant iuasiones: ꝛ dato
ꝙ eēnt icōtrite fiunt: dato ꝙ ifirmus cibū nō assumpserit:
sed iuasio que fit in ethica est huic ꝯria: qr scz nunq̄ fit nisi
ifirmus cibatꝰ fuerit. Et huiꝰ cā est: qr iuasiones ille sunt cū
inouatiōe alterationis in calľitate que inouatio est in fieri ꝛ
in motu: ois aūt talis cām hz: cū igit̄ ethica cām nō habeat
nō pōt ex se vel ex sua cā talē inouationē hr̄e: ꝛ iō hoc acci/
dit in eis a cibo: sed in alijs febribꝰ que hn̄t mām a qua de/
pēdent in eis p̄dicta inouatio caloris pōt accidere. Et acci/
dit ex mā ꝫm determinatū periodū motus eius ad putre/
factionē: ꝛ dato ꝙ hoc eis a cibo nō accidit. Et subdit Gale
nus. nec vľiter fit iuasio. s. in ethica ꝫm vllum tēpus. Et pōt
exponi dupľr. Prio nō fit iuasio. s. ꝑiodica: ita ꝙ fiat ꝫ ali/
quos ꝑiodos notos: imo solum cū comedunt: ꝛ in quacūqz
hora. vt ponit Auič. Uel aliter. nec vľiter fit iuasio. i. paro/ p̄ᵒ q̄rti cā. 3. c. 2.
xismus: ita ꝙ ꝓprie fiat in ea ꝑoxismus sicut in alijs: in ipa
enim bene a cibo fit q̄dā caliditatis additio. Sed nō ꝓprie
ꝙ fit ꝫm modū ꝑoxismationis: ita ꝙ sint q̄dā accn̄tia pro/
pria p̄nᵒ q̄dā augmēto: ꝛ sic de statu sicut ꝯtingit in febribꝰ
que hn̄t ꝑoxismos vel excrescētias: sed ꝯtinua vna fit sicut
ethica nō hn̄s ꝑoxismos vel excrescētias sicut ꝓprie q̄ vo/
catur synocha: qa synocha est vna nō hn̄s ꝑiodos vt infra
patebit. ¶ Deide dicit. Sed illaz qdē: qa dixerat ꝙ ethica
nō hz iuasiones: sed est vna cōtinua sicut synocha vult po/
nere dr̄iam iter ethicā ꝛ synochā ꝛ. d. qa dr̄ia est: qa in tāgē/
do hn̄tē synochaz obuiat multitudo flāme tactui: silr̄ in ea
sunt pulsus velocissimi ꝛ spissimi. Sed in ethica nō ob/

uiat multitudo caloris tactui:silr hñt pulsus itantũ rario/res ⁊ tardiores ⁊ minores synocha inquantũ in ethica ca/lor est minor ꝙ̃ in illa:⁊ ideo expone:sed illa scȝ synocha. vnde ꝑpter hoc qđ dicit calor est minor in ethica ꝙ̃ in sy/nocha cõclusit ꝙ ꝑpter illud cõe est oium ethicaꝝ eẽ im/becilles.i.debiles:⁊ hoc qa caliditas ipaꝝ nõ est cũ multi/tudine flãme.¶ Cõmune etiã est in eis esse equales a pn/cipio vsqȝ ad finẽ:⁊ hoc qa nõ hñt inuasiones:sed febriuȝ ethicaꝝ que sunt cõiuncte marasmoni ꝓpriũ est siccitas: qa multotiẽs ethice sunt sine siccitate:scilȝ manifesta non trãseuntes in marasmũ.i.cũ nõ sunt in marasmũ trãseun/tes sicut nec facte sunt multũ iflammate maxime:⁊ tũc ly maxime /continuetur cum ly ergo: ⁊ sit sensus: maxime ergo a synocbis est ⁊c̃.

digres/sio. 44. ꝑmi.do ri. 2ª.sũ ie pᵉ.ca. de cãis doloris.

Sed licet hic querere que sit maior caliditas/an ca/liditas ethice/an aliarũ feb. Uidetᷣ ꝙ cali/ditas ethice sit maior. Nã dicit Aui.ꝙ caliditas ethice est maior calitate tertiane. Tertiana ãt est fe.aliys ab ethica calidior.¶ Et ꝯfirmatᷣ.nã caliditas que est in termino ⁊ in facto esse est maior caliditate que est in fieri:⁊ in motu ad illũ terminũ vt de se pȝ.ethica aũt facta est:⁊ est termi/nus aliarum febrium.igitur.

In oppᵐ ¶ In oppositũ est hic Gal.vbi dicit ꝙ calor ethice est mi/nor calore synoche ꝑpter qđ fiũt pulsus rariores ⁊ tardio/res.¶ Propter solonẽ hui⁹ dubij attende ꝙ magnitudo caloris est duplex.Quedaȝ est in quali:vt qa ille calor est maior qui est gradualr intẽsior.Quedã est magnitudo ca/loris in quãto que tenet se ex parte subti caloris:qa calor ille est maior q est i maiori subto:⁊ hic est magis abusiua acceptio:⁊ ponitᷣ hec distinctio a Galeno in cõmento illius afforismi.Qui crescunt ⁊c̃.¶ Deinde attẽde ꝙ qñ queritᷣ quis calor sit maior an ethice/an alteri⁹ feb.ꝙ aut põt q̃ri de calore subiectiue fundato in mẽbris vt sit sensus/an ca/lor ethice sit maior calore feb.humoralis quãtũ ad calorẽ in humorali feb.subiectiue in mẽbro fundatũ:aut cõparã/do calorẽ ethice ⁊ qui in ethico iudicatᷣ per sensum tactus ad calorẽ in feb.humorali qui subiectiue est in spiritib⁹ ⁊ humorib⁹ ⁊ vaporib⁹ qui calor in humoralib⁹ feb.repre/sentatᷣ etiã iudicio sensus tactus.¶ Scdm̃ illa igitᷣ respõ/demus ad dubiũ ꝙ in ethicis caliditas in mẽbro subiecti/ue existẽs est maior itensiue ⁊ gradualr ꝙ̃ caliditas exñs in mẽbro cuiuscũqȝ putride ad illã ethicã perducẽtis:nõ tñ est caliditas maior in quãto sed minor potius:cõparã/do tñ calorẽ ethice ad caloreȝ putride qa calor fundatᷣ in humore putrido põt calor putride esse maior. Hec dicta patẽt.nã qualitas que acquiritᷣ per motũ est intensior cuȝ est in termino mot⁹ ꝙ̃ ante.Ethica ǧ facta ex putrida est qualitas exñs in termio qui ꝑmo erat in motu:cũ erat pu/trida:igitᷣ tũc est itensior.¶ Or aũt in ethica nõ sit maior in quãto imo minor/pȝ:qa de subto caloris cum est ethica plus est resolutũ ⁊ ꝯsumptũ.Et ꝙ calor putride qui in hu/more calido est fundatus possit esse maior calore ethico pȝ de se:cũ calor qui est subiectiue in humore putrido fue/rit causa caloris ethice:⁊ si remanet illa putredo posset vl/terius intẽdere ethicã vt cũ remanet putrida post ethicã. Et si dicatᷣ si putrida põt post ethicã remanere:igitᷣ talis putrida subiectiue exñs in mẽbro erit caliditatꝭ maioris ꝙ̃ calor ethice cũ hũc intendat.Et apparet ꝙ hic calor pu/tridus post ethicã i mẽbro nõ est calor q ꝯstituerit ethicã ꝑexistẽtẽ:sed hñ cõstitueret gradũ vlteriorẽ a preexistẽti: etiã dato ꝙ hic calor putride remanẽtis intendat ethicaȝ. Hoc est qa hic calor silr cũ calore ethice cõstituũt intensio/rẽ calorẽ:nihilominus põt eẽ ꝙ hic calor qui in mẽbro fit post ethicã sit minor calore ethice.¶ Scdo dõȝ ꝙ i mul/tis putridis põt esse caliditas exñs in mẽbro intensior ꝙ̃

in aliq̃ ethica ad quã ethicaȝ nõ perduceret ꝑdicta putri/da:sed ad ethicã intensioreȝ. Et clarum est ꝙ in istis cali/ditas subiectiue fundata in humore putrido maior est ꝙ̃ caliditas ethice.Et declaratᷣ hec ꝯ.Nã supra declaratuȝ est ꝙ feb.colliquatiue aliquẽ pñt ⁊ ducũt hoieȝ ad tertiã spẽm ethice:nõ ꝓcedẽte ꝑma nec scda. Nũc aũt fe.colliquatiua que iducit tertiã spẽs ethice nõ ꝓcedẽte ꝑma vel scda est calitatis intẽsioris in mẽbris ꝙ̃ fit in ethica ꝑme spẽi.naȝ calor qui est magis ⁊ citius colliquatiuus sube mẽbri est i/tẽsior:cũ nõ colliquatᷣ suba mẽbri nisi p calorẽ subiectiue in eo fundatũ:talis aũt est ꝑdicta fe.colliquatiua in cõpa/ratione ad ꝑmã ⁊ scdaȝ spẽm ethice.¶ Ex qbus ꝯcluditᷣ ꝙ caliditas ꝑter nãm in mẽbris nr̃i corꝑis nõ hȝ eẽ factũ ⁊ a cã idepẽdens plus ꝙ̃ alia p hoc ꝙ fit in gradu itẽsiori illa cũ iã dictũ est ꝙ aliqua caliditas putride feb.existens in mẽbris que est caliditas fiens põt esse itensior calidita/te cuiusdã ethice que est caliditas facta. Et silr pȝ ꝙ cali/ditas ꝑter nãm põt hr̃e eẽ factũ in diuersis partibus ꝑm plus ⁊ minus vt vna ethica sit intensioris gradus ꝙ̃ alia. Or aũt aliq̃ calitas minor alia sit facta ⁊ alia fiens accidit maxie ex dispõne subti nõ hñ nob ad plenũ notificabili.

Ex quibus isurgit dubiũ an sit neciũ in diuersis specieb⁹ ethice esse caliditatẽ ꝑter nãȝ intensiorẽ vt in scda specie ethice sit caliditas intensior ꝙ̃ in ꝑma ⁊ in tertia sit itẽsior ꝙ̃ in scda.Et an possit in oib⁹ trib⁹ specieb⁹ ꝑm diuersam spẽm esse equalis intẽsionis. Digres/sio. 45.

¶ Et sine obiectionib⁹ rñdem⁹ ꝙ nõ est neciũ in oibus tribus spẽbus ꝑm diuersaȝ spẽm caliditatẽ esse itensiorẽ: sed in oibus tribus põt esse eq̃lis:qđ declaratᷣ.nã iã decla/ratũ est ꝙ spẽs ethice nõ sunt vere spẽs:sed quidaȝ modi accidẽtales distincti ꝑm diuersos terminos ꝯsumptionis humiditatũ. Nũc aũt idẽmet calor ꝑter nãm hñs esse fa/ctũ in suba mẽbri ex lõgitudie tẽporis ꝑducit mẽbra nr̃a ad diuersos terminos cõsumptionis vt aliqñ ꝯsumpserit humiditatẽ rozalẽ aliqñ cãbialẽ ⁊c̃.igitᷣ ideȝ ǧdus caloris põt esse ꝑm oẽs spẽs ethice:queadmodũ in diuersis etati/bus vt in pueror ⁊ iuuene põt idẽ eẽ gradualr qui ex diuer/sa consumptione quã ex lõgitudine tẽporis in humido fa/cit causat etates diuisas.¶ Et ꝯfirmatᷣ.nã cũ aliqs incidit in ꝑmã spẽm ethice ⁊ hȝ calefactũ eẽ in suba cordis nõ est aliq̃ cã necio occurrẽs vñ sit calor cõsumẽs humiditates scde spẽi ethice sic augmẽtatus:cũ nõ hẽat a se cãm ⁊ a se augmẽtari nõ possit.¶ Attẽde tñ ꝙ lȝ nõ sit neciũ ꝙ in oibus trib⁹ speb⁹ ethice sit calor intensior:hic tñ calor est acutior in specie vna ꝙ̃ in aliqua:⁊ hoc qa vna spẽs est cũ maiori siccitate ꝙ̃ alia vt idẽ gradus caloris exñs i subto magis sicco redderet acutior ꝙ̃ cũ ipsemet est in subto mi/nus sicco vt pȝ etiã de calore pueri ⁊ iuuenis. Lȝ igitᷣ non sit neciũ in trib⁹ ethice spẽb⁹ calorẽ eẽ diuersificatũ intẽ/siue:hoc tñ põt ꝯtingere ꝙ calor in vna specie sit itensior ꝙ̃ in alia:nã cũ dictũ sit ꝙ caliditas ꝑter nãȝ possit hr̃e eẽ factũ in diuersis gradib⁹:nulli dubium ꝙ vna spẽs ethice põt eẽ itensior ꝙ̃ in alia:imo etiã stãte hoie in ꝑma ethice specie:cũ erit in scda põt aduenire res calefaciẽs que illã caliditatẽ intẽdet vnde erit caliditas intensior in scda spe/cie ꝙ̃ in ꝑma fuerit:imo etiã hoie stante in vna specie põt intẽdi caliditas:⁊ remanere intẽsior ꝙ̃ ꝑmo.¶ Ex qbus pȝ ꝙ poẽe est ethicã ꝑme speciei esse caliditatis itensioris ꝙ̃ alia ethica ꝑme spẽi:⁊ sic de scda ⁊ tertia.Silr poẽe est ꝙ in aliqua ethica ꝑmo sit calitatis intensioris gradus ꝙ̃ sit aliqua alia ethica scde spẽi vl tertie:nã si sint duo hoies quoꝝ glibet hẽat ethicã ꝑme spẽi in eq̃li gradu caliditatꝭ ⁊ calefacti esse:deide vni istoꝝ adueniat aliqua ex causis calefaciẽtib⁹ vñ ponat calefactũ ꝑme spẽi in maiori gra/du calefacti eẽ anteꝙ̃ exeat latitudinẽ speciei prime:⁊ nõ

Rñsio.

aduenīat alteri:tūc cū ille cui nō aduenit causa calefaciēs erit in scđa vel tertia specie ethice habebit equalē gradū caloris quē habebat cū erat in pma specie ethice:sed cū erat in pma hēbat calefactū eē min⁹ q̄z alter q erat in pma specie cui aduenit cā calefaciēs:igit̄ ille habebit gradū calefacti intensiorem in pma specie q̄z ille in scđa vel tertia. Iterū isti cui aduenit cā calefaciēs adueniat res ifrigidās que tātū remoueat de gradu calefacti eē quātū illō calefaciens intēdit:hoc pōt esse cū ille in scđa spē existens possit liberari total'r:tūc ille a quo remot⁹ est ille calor remansit ethicus in scđa specie:ꝛ tm̄ de gradu caloris hʒ minus cū erat ipsemet in pma specie. ¶ Et ꝯfirmat̄.nā nulli dubiū ꝙ vna feb.colliquatiua pōt iducere febrē ethicaʒ in pma specie:ꝛ sic in scđa itēsioris caliditatis q̄z ethica spēi pme quā iduceret vna feb.ethica:ꝛ per ꝯn̄s ethica pme speciei a febre colliquatiua iducta pōt itensioris caloris gradualiter esse q̄z feb.ethica tertie speciei facta ex ethica prime speciei a flegmatica feb.posito ꝙ nō superueniat aliud calefaciēs.Est igit̄ in specie qualibet ethice magna latitudo ꝑm diuersos gradus in qbus caliditas pōt hr̄e esse factuʒ in suba cordis vt aliqua pma spēs ethice sit in tali gradu calefacti esse aliqua in maiori:ꝛ sic de alijs spēb⁹:nā ad h̄ vt sit pma species ethice:ꝛ sic de scđa ꝛ tertia nō requirit̄ nisi vt caliditas pter nām sensibil'r ledēs opationes hēat esse factū in suba cordis ꝛ nōdū cōsumpsit humiditatē roralē per modū supra notificatū. ¶ Tertio ad pncipale ppositū qđ magis pertinet textui Gal'.dōm est ꝙ in multis feb.alijs ab ethica caliditas que sensui tactus representat̄ est maior in quātitate q̄z ethica.vn̄ idicatio cal'itatis illaꝝ feb.est maior vt synocha:ꝛ in multis putridis feb.dato ꝙ in ethica intensiue in gradu maior eēt:nā in synocha feb. sīl'r in putrida feb.representat̄ caliditas tactui:cū multitudine vapoꝝ calidoꝝ vt appareat manui tangenti vt dicit Galen⁹:q̄dā magna flāma:sed in ethica multū est calor diminutus in quāto nec est cū multitudine vapoꝝ calidoꝝ: ideo nō apparet tātus calor tangenti. Unde Auic̄.in tactu

p⁹ 4¹ trac. 3°.cap.2. ꝯo eoꝝ.s.ethicoꝝ est illō qđ sentit̄ minus caliditate synoche nō dicit ꝙ absolute sit minor:sed apđ tactū. Et ppter hoc etiā in synocha dr̄ esse pulsus velociores spissiores ꝛ maiores q̄z in ethica:qa pulsus fit ppter euentationē caliditatis. Nūc aūt caliditas extranea mēsurat̄ quātitate ꝑʒ mēsurā caloris nālis:cū sint in eodē subto:vbi g̊ parū est de calore nāli in quāto:ibi est etiā modicū cal'itate ex̄nea in q̄zto. Quia g̊ in ethica est modicū de caliditate nāli:qa sunt depauperati spiritib⁹ ꝛ humiditatib⁹:ꝛ p ꝯn̄s modicū est de ex̄neo calore in q̄zto:fiunt g̊ in ea pulsus rariores ꝛ tardiores ꝛc̄.nā modicus aer in cōparatione ad aerē habentis synochā sufficit ad euentādū puā quātitatē spūuʒ ꝛ caloris nālis ethice:ꝛ dato ꝙ sint multū iflāmati q modicus nō sufficit ad euentationeʒ multi sanguinis ꝛ spūs ꝛ caloris nālis existētis in synocha:non tamen tm̄ gradual'r calidi. Et ppter hoc dicebat Gal'.ꝙ caliditas ethice est minor ꝛ nō itelligit ꝙ gradual'r sit minor:sʒ est minor:idest caliditas est minorata ꝛ diminuta quātitatiue. Et ppter h̄ vocat ethicas ibecilles.i.debiles:qa.s.caliditas eaꝝ nō est cū multitudine flāme tactui occurrētis. Et ꝑpēdis ꝙ quāto ethica plus processit plus sibi hoc dictum attribuit. Et obiectiones addŭcte in principio quesiti vt patet currunt vijs suis. ¶ Deinde cum dicit.

Laurē. ¶ Ab alijs aūt habētib⁹ accessiones equales eo ipso maxime dissidet ꝙ iequalitatē quādā hʒ penitus post alimentū sub ipsam accessionis ꝑcussionē. Ethice aūt post alimentū velut accessio quedā equalis cōtigit q̄ vt pauloante docui minime accessio habet̄:sed imperitos circa talia decipiēs cūm caloris multitudine ac magnitudine velocitateqʒ pulsus.

¶ Ab alijs que incōpressas hn̄t annotatiōes hoc maxime differūt ꝙ afflictatio aliqua oīno illis adest cuʒ cibū assumpserint i accessionis pncipio:i ethicis post cibū assumptū veluti quādā afflictationis expertē annotationē fieri ꝯtingit : que non est vt antea diximus annotata. Decipit aūt eos qui circa huiuscemodi nō sunt excitati:ob caliditatis multitudineʒ ob magnitudinem pulsuum ac velocitatem. Leonić.

¶ Ab alijs aūt que incōtritas habēt inuasiones eo maxime ipso differunt qđ cōtritio q̄dā oīno illis accidit cibatis sub inuasione ꝑoxismi : ethicis aūt velut incōtrita inuasio in cibis cōtingit que nō existit qdē vt parū antea dixi . Decipit aūt iuasio nō exercitatos circa talia ꝛ mltitudine caloris ꝛ magnitudine ꝛ velocitate pulsuū. Antiq̄.

¶ Ponit dr̄iam inter ethicas ꝛ feb.que hn̄t inuasiones incōtritas:ꝛ dicit ꝙ ethice differūt a febrib⁹ que incōtritas hn̄t iuasiones:q̄ si aliqn̄ reperit̄ inuasio fieri tꝑe dationis cibi hoc est qa cibus fuit datus tꝑe ꝑoxismi:ꝛ eo veniēte:sed in ethicis accidit iuasio incōtrita tꝑe dationis cibi:ꝛ q̄ñocūqʒ detur que scʒ iuasio nō existit supple ppter hoc ꝙ accipiatur cibus:ꝛ iō in ethicis talis inuasio ꝛ ppter caloris multitudinē:ꝛ ppter magnitudinē ꝛ velocitatē pulsus multotiens iexercitatos decipit:q̄ scʒ ex his ipsi existimāt ethicam paroxismū hr̄e:vult g̊ Gal'.qđ lʒ feb.cōtinue humorales augmētent̄:ꝛ ēt ethice tꝑe dationis cibi hoc est diuersimode:qa ille hn̄t inuasiones ex mā eaꝝ nō ex cibo:ꝛ iō nō accidit illud in eis quādocunqʒ cibus daret̄:sed sic in ethicis:ꝛ causa huius statim apparebit.

¶ Talis aūt febris sequēti die planius cognoscet̄ vbi diligētius cōsideres q̄zdiu ꝑmaneat post cibum ipsa pulsus calorisqʒ alteratio. Inuenies eniʒ tādiu ꝑmanere oēm alterationē donec distributio alimēti atqʒ adiectio squalore cordis humefaciat.deīde rursus in pristinā remeat ꝯditionē que erat anteq̄z sumeret alimentū. Si igit̄ alio tꝑe nutrias ipsum sequēti die rursusqʒ alio tꝑe sequēti die iuenies ita fieri vt dixi augeri quidē calorē:pulsumqʒ ipsum alterari. Laurē.

¶ Manifestius aūt die sequēti : hec febris agnoscit̄ si diligenti⁹ obseruauerimus:quousqʒ post assumptū cibuʒ in cal'itate ac pulsib⁹:alteratio facta ꝑdurauerit. Nā quecūqʒ cōspecto sunt obuia eousqʒ manifeste alterata apparebūt:donec ex cibo digesto atqʒ apposito cordis siccitatē humectauerit. Deiceps ad pstinuʒ habitū reuertet̄ in quo anteq̄z cib⁹ assumeret̄ cōspiciebat̄. Si igit̄ alio i tꝑe cibo reficeris:eo qui seqtur die ac rursus die subsequenti in tempore pariter diuerso quod aio fieri videbis caliditatē.s.post cibum adauctam:pulsus autē vt diximus alteratos. Leonić.

¶ Manifestius ꝯo ꝑm deinceps dieʒ hec talis cognoscet̄ febris diligētius obseruātib⁹ nobis vsqʒ q̄ztuʒ ꝑmanebūt ea q̄ alterata sunt postq̄z cibat⁹ est hō ꝛ in pulsib⁹ ꝛ circa calorē:iuenientur eniʒ vsqʒ intātū alterari apparētia vniuersa manifeste:donec appositio ꝛ redditio cibi hu- Antiq̄.

mectaret ariditatē cordis:deinde rursus in eā que a principio fuerat cōstitutionē anteq̄ cibaret hō redeuntia. Si ḡ in alio tēpore cibaueris eū in posteriori die: ꝛ rursus in alio ꝑ3 deinceps diē iuenies qd̓ dico ꝯtingēs adauctū qdē sup cibū calorē:alteratos ꝟo vt dictū est pulsus.

5.27. ¶ Ponit nunc Galenus aliud signū ethice qd̓ maxie attribuit ethice p̄cedēti:nā iā p3 ꝙ q̄dā est ethica icipiēs q̄dā fiens quedā media:ꝛ hoc voluit dicere Galenus. manifestius ꝟo deinceps ꝑm diē hec talis cognoscet̄:ꝛ signū qd̓ ponit est q̄a si respicis alterationem que fit a cibo in calore:ꝛ pulsu īuenies ꝙ talis alteratio fit dōec fit appositio ꝛ redditio cibi ipsis mēbris:ꝛ postea reuertit̄ hō ad dispōnē in qua erat anteq̄ eēt cibat⁹:ꝛ si ꝑm aliā diē iterū cibas iterū īuenies hāc alteratōez:q̄a.s.calorē augmētatū pulsū3 alteratū ad magni^nē3 velo^tē3 ꝛc̄. ꝛ sic fieret q̄ñcūq3 eū cibares.

Digres. p.46. **Sed tu dices** Gal̄.supra dic̄ ꝙ calefactio accidebat in ethicis post vnā vel duas horas acceptionis cibi. Et dixit ꝙ erat in oīb⁹ ethicis. hic aūt dicit ꝙ illa talis alteratio ꝛ in calore ꝛ in pulsu fit in eis donec appositio ꝛ redditio cibi humectet ariditatē sub̄e cordis. Nūc aūt tp̄s appositionis cibi nō est per vnā vl̄ duas horas post cibi assumptionē. Ergo Galen⁹ ꝯdicit sibiipsi: aut alia cā est huius alterationis:ꝛ illius. ¶ Et attende ꝙ quēadmodū cōiter dr̄ duplex additio caliditatis reperit̄ in ethico ex assumptione cibi. Una q̄dē causat̄ in ipso ex nutrimēto p̄mū accepto post vnā vl̄ duas horas. Alia additio caliditat̄ fit in eo tp̄e appositionis cibi ad membra sua he due calefactiones quodāmodo hn̄t cām sil̄em:q̄a ambe ꝯtingunt ex roratione ꝛ humectatione nutrimēti vt apparebit:sed hn̄t cām dissimilē:q̄a vna fit ex nutrimēto ꝓprio mēbroꝝ vt que fit tēpore appositionis cibi:alia nō fit ex ꝓprio nutrimēto mēbroꝝ:cū tūc nō fiat adhuc appositio nutrimēti ad mēbra nec ei⁹ dispersio ꝟsus mēbra. ¶ Propt̄ qd̓ attēde ꝙ duplex fit cibi ad mēbra delatio. Una est delatio post vnā vel duas horas assumptionis cibi:vel tres ꝑm diuersitatem hoīum. vnde reperit̄ vna lr̄a colliget 4.° que dicit post.5. ꝛ pro certo in h̄ est magna latitudo in qua hora trahunt̄ ad mēbra q̄dā p̄tes roride vaporose cibi cito portabiles ad mēbra ꝛ maxie in corp̄ib⁹ inanitis:nā mēbra inanita statim assumpto cibo ꝛ eo iam instāti in stomacho dissoluto ꝓpter auiditatē eoꝝ ad cibū trahunt̄ quedā partes roride subtiliores:ex q̄bus refocillant̄:ꝛ per ꝯn̄s nutriunt̄ quodāmodo nutritione nō vera. Et in hac dilatōe accidit calefactio in ethico cū ab his p̄tibus mēbroꝝ remittat̄ ariditas membroꝝ. Et q̄a illa talis delatio in diuersis pōt esse diuersimode: q̄a in aliquibus post vnam horā assumptionis cibi in aliquib⁹ post duas in aliquibus post tres vel vltra:ideo talis calefactio in diuersis ethicis potest diuersimode accidē. ¶ Alia est delatio cibi ad membra:qua portat̄ massa chilosa ad epar: ꝛ deinde differtur nutrimentū ꝓpriū ꝛ dispartit̄ ad membra:in qua etiā dispōne nutrimēti ad mēbra ꝛ ei⁹ reappositione rehumectat̄ ariditas mēbroꝝ. vn̄ accidit scd̓a calefactio in ethico quā tetigit Galenus hic in lr̄a cū dicit. donec appositio ꝛ redditio cibi ꝛc̄. Et dicūt ꝙ q2 hec talis appositio maxie accidit in nocte hinc est ꝙ talis additio caliditat̄ maxie fit de nocte vn̄ Halyabbas. 8. theorice cap̄lo de ethica. dicit. Fortior tamē fit cū cibus sumit̄ quacūq3 fiat hora ꝛ nocte tēpore somni. Et Galen⁹ 2.° ꝓnosticoꝝ. ꝛ Auic̄. de signis crisis. Et cā est:q̄a de nocte appositio nutrimēti ꝛ readditio mēbris fit valde maior q̄ de die:q̄a virtutes nāles fortius operant̄ tēpore somni. vn̄ plus attrahit̄ de nutrimēto ad mēbra. Et alia cā est:q̄a in nocte pori cōstringunt̄;vn̄ retētis vaporib⁹ cibi ꝛ corp̄is ꝛ iflāmatis iflāmat̄ corpus. Et sūt etiā in h̄ alie cāe note. Et ꝙ vtraq3 additio caliditatis reperiat̄ in ethicis apparet experiētia: q̄a videm⁹ ethicos cōqueri de additione caliditatis post cibi assumptionē p̄ duas horas vl̄ circa ꝛ tēpore dispersionis cibi p̄ mēbra:nā sic est in ethicis sic̄ i corp̄ib⁹ inanitis. nūc aūt talia corp̄a ex cibis duplici tēpore recipiūt fortificationē ꝛ augmētū caloris inati:ꝛ in tp̄e post assumptionē cibi p̄ duas horas vel circa ꝛ tēpore disp̄sionis cibi p̄ mēbra. Et attēde ꝙ l3 Galen⁹ p̄mū modū additionis caliditatis solū supra posuerit:ꝛ maxie videt̄ ip̄m attribuere p̄me spēi ethice:tn̄ vtraq3 additio caliditatis reperit̄ tā in p̄ma specie q̄ in scd̓a:sed dr̄nt q̄a in scd̓a specie valde manifestū reperit̄ eo ꝙ corpus valde factū est aridius ꝛ siccius:ꝛ ideo in ea ꝑm vnūq̄dq3 istoꝝ tēpoꝝ ap̄pet manifeste augeri caliditas:ꝛ in hoc est signū distinguēs scd̓aʒ spēʒ a p̄a. Unde Serapio ponit hoc signū solū in scd̓a specie. nā nominās signū p̄me spēi nō noīat hoc signū:sed dicit ꝙ cū est hoc signū:tūc est scd̓a spēs:ꝛ nō dicit hoc:q̄a nō velit h̄ signū in p̄ma specie:q̄m Galenus dicit hoc esse cōe oībus ethicis:sed ideo illud dixit:q̄a in scd̓a specie valde manifestus apparet q̄ in p̄ma:ꝛ hoc p̄ cām dictā. ¶ Que aūt sit calefactio maior esset dubiū an illa que fit post assumptionē cibi ad modicū tēpus:an que fit tp̄e redditionis cibi ꝛ appositionis. Et imaginor p̄mā esse calefactionē maiorē ꝛ magis manifestā p̄mo cū oēs q̄si auctores in cap̄lis de signis ethice mētionē faciāt plus de p̄ma. Iterū p̄ma calefactio fit ex delatione partis roride ꝛ vaporose cibi que cito est iflāmabilis ꝛ est delatio subita:cui⁹ ip̄ressio est multū in corp̄e apparēs. nā alteratiōes subite plus percipiunt̄ q̄ paulatine. Sed calefactio scd̓a causat̄ ex delatione cibali maxie q̄ paulatine trāsit de stōcho ad epar ꝛ de epate ad mēbra:vt nutrimētū sic̄ paulatine ꝓuenit ꝟsus mēbra ita paulatine alteret̄ ꝛ alteret mēbra:l3 ꝓpter hoc ab eo nō ꝓueniat in corp̄e manifesta ꝛ sensibil̄r calefactio sic̄ a p̄te p̄ma cibi. Uidem⁹ eni i corp̄ib⁹ sanoꝝ ꝙ postq̄ acceperūt cibū ad modicū tēpus totū corp⁹ p̄cipit se valde plus manifeste calidū ex multis vaporib⁹ cibi dispersis p̄ corpus calidis q̄ p̄cipiat in tp̄e in quo cibus ad mēbra distribuit̄ ꝛ icipit fieri nutrimētū ꝓpriū:ꝛ iterū etiā p̄s grossa ꝛ massa cibalis nō est iflāmabilis sic̄ p̄s rorida ꝛ vaporosa ꝛ aerea:hoc aūt vt dicūt subito p̄ corpus totū dispergitur:illa aūt paulatine. Ex eo autē ꝙ pars grossa cibalis: ex cuius dispersione ad membra causatur:secūda calefactio est valde maioris quātitatis ꝛ intrinsece penetrat ad foramina mēbroꝝ:ꝛ eis vehementer adheret cōuincetur calefactionē scd̓aʒ esse maiorē. Et forte posses imaginari hāc esse maiorem in duratione anteq̄ ethicus reuertatur ad dispositionē p̄mā:sed p̄mā eē maiorē intēsiue:hoc aūt esset experientia certificabile. ¶ Deinde cū dicit.

Tracta.6. cap.xi.

Dubitatio Que calefactio maior in ethico post cibi assumptionem.

¶ Constat eni vt illis accidat quēadmodū in calce ac lapide calefacto. Si.n. ei affundas frigidissimā aquā: multo calidior efficit̄ tanq̄ calor squalidus in eo ab humida mā nutriatur. Si qua ḡ cā est ob quā ita eueniat questio nālis existit:sed vt ita efficiat̄ cuiusuis tē tanti discere licebit. Ubi ergo manib⁹ sumas glebulā calcis ꝯtēnens eius caliditatē ac minime senties:vbi ꝟo deponēs ipsum humi affundas illi aquā:p̄spicies statim ad modū calefieri atq̄ adeo feruere velut lebetes quotiens in multa flāma versent̄:videbis p̄terire vaporē de ea haud exiguū efferri:qd̓ si audeas tāgē: facile senties ardorē. Ad hūc igit̄ modū ad ip̄m sen- Lauré.

.ñsio.

.60. .lo.ter trac.5. .22.

suz hūidus calor nō paulo hz vim euidētiorē q̃z sicc⁹.

Leonič. ¶ Jd eni eis ꝯtingere videt̃ qđ in calce ac lapidib⁹ calefactis: si eni aquā frigidissimā misceris mľto calidiores sentiunt̃: nutriēte vt nutriri videas in ipsis humida suba aridā caliditatē. Sed quenā sit huius rei causa nature rōnū studiosos inquirere opz Qz aūt ita fiat cuicūq̃z volēti ediscere licet. Si eni itra man⁹ recipiat calcis glebam eiusdē paruifaciat caliditatē quā neq̃z sentiet: qđ si ad terrā deponat atq̃z aqua ꝑfundat: videbis q̃z primū vehemēter calefactā: atq̃z ita feruētez sicuti lebetes qñ igēti adheserint flāme; vapores etiā nō paucos ab ea efferri conspicies. Qz si etiā tangere ausus fueris facile ex hoc deuri. Continget adeo si ad sensus iudicium referatur: humida caliditas vires habet non parum sicca euidentiores.

Antiq̃. ¶ Videt̃ eni eis cōtingere quale quidē ⁊ in calce ⁊ in lapidib⁹ calefactis. si eni ⁊ eis frigidissimā aquā supinfundas multū calidiores eē vident̃ nutrito vt videt̃ arido in eis calore ab humida suba. Ergo que quidē est cā pp quā hoc fit nāliuz ꝓblematū est. Qm̃ aūt ita fit discere licet omni tentare volenti accipiēs deniq̃z i manu glebā calcis cōtemnit ei⁹ calorē ⁊ nō sentit: si aūt deponēs eam deorsum supinfunderis ei aquā videbis quidē cōfestiz multū calefaciētē ⁊ ita feruentē sicut lebetes cū appropinquauerint flāme q̃z multe: cōsiderabis aūt ⁊ vaporez nō paucū elatū ab ipsa. Si aūt ⁊ tangere audebis in hoc cōbureris facile: ita ergo ⁊ ad sensuz demū humida caliditas nō paruo aliquo sicca apertiorem habet virtutem.

¶ Quia galenus illud qđ dixerat difficultatez hz: vult assignare cām ei⁹ ꝙ dixit: nā dicit ꝙ ethicus ex cibo supcalefit. Ad ꝓbādū aūt hoc arguit Gal. sic. Qīs arida caliditas in rorido humido promptiorē ⁊ maiorē calorem ostēdit. Sed caliditas ethicoꝝ est caliditas arida cū siccitate cōiuncta: igit̃ irrorata humido cibali maiorē caliditatē ostēdet ⁊ augmētabit. Et in hac rōne tenet Gal. hūc modū: qa p̄mo ponit ꝓpōnē p̄mā ⁊ decľationē eius maxie applicādo ad ethicā cū dicit. ꝙ sic videt̃ ꝯtingere in ethicis sic̃ in calce ⁊ lapidib⁹ calefactis: nā si ifundat̃ aqua frigida valde calidiores apparent enutrito arido calore in eis ab humida suba: tūc Gal. pro cā hui⁹ remisit nos ad sciaz nālē. Et declarauit vlteri⁹ Galen⁹ exēplū suū positū de calce ꝑ experientiā. nā si accipias glebaz calcis in manu cōtēnes eius calorē nec senties eā calidā: sz si sup eā ifundas aquā videbis illā valde calidiorē ⁊ feruētez: ⁊ multos vapores ab ea eleuari: ⁊ si tangat̃ cōburit tangentē. Ex q̄bus ꝯcludit Galenus ꝙ humida caliditas vt ad sensum pz: apertiorem. i. manifestiorē hz virtutē ad calefaciēdum nō paruo aliquo: idest multū sicca. s. caliditate. ¶ Deide cū dixit.

Laurē. ¶ Ceterū vt calor siccus existat per ethicam febrē cui subsequit̃ tabes huic discas licebit: nemo statiz ab initio prensus est tali febre q corꝑis habitudinē habeat humidā: sz qui siccior nā existit: maxie ꝙ vbi calidus quoq̃z natura sit: sed qui vitā delegit in labore: isomnia cura ac victu tenui. Js assolet statiz ab initio prehendi ethica febre ex iracundia ac merore ac multomagis quotiens estas: cōditio calida ac sicca: locusq̃z eiusmodi fuerit.

Leoni ¶ Siccā v̄o in ethicis febrib⁹ eē caliditatē quas tabes cōsequit̃ eo cōstat argumento. Nullus eoꝝ q habitu corporis ꝑditi sunt humidiore statiz ab initio huiusce modi febre corręt⁹ fuit. Sed q̄cunq̃z sunt nā sicciores ac p̄sertim si vnaz calidā habuerint tēperaturam vitāq̃z elegerint in laborib⁹ vigilijs ac curis victuq̃z pauco hos statim ab initio solet ethica febris iuadere ex ira vel tristitia ac magis estate statuq̃z tēporis calido ⁊ sicco ac loco preterea consimili.

Antiq̃. ¶ Quoniā autē sicca caliditas est que s̄m ethicas est febres quas sequit̃ marasmus. i. tabes licet tibi ⁊ hinc discere. Nulľs eni ab initio ꝯfestim captus est a tali febre eoꝝ q humiduz hñt habitū corporis: sed q̄cūq̃z nā sicciores sunt ⁊ maxime si cū hoc calidi cōplōne fuerint ⁊ elegerint vitā in laborib⁹ ⁊ vigilijs ⁊ sollicitudinibus ⁊ dieta tenui: his assuetū est mox ex principio imittere se ethica febris i ira vľ tristitia: adhuc autez magis si ⁊ estatis hora cōtingerit cōstitutio calida ⁊ sicca ⁊ regio talis.

¶ Declarat aliam ꝓpōnē rōnis assumpte que est ꝙ caliditas ethicaꝝ est caliditas arida sicca: ⁊ qđ dicit est clarū. vbi etiā inuit ꝙ ethica feb. incpiēdo fieri possit cū dicit: his assuetū mox ex p̄n° imittere se ethica fe. ⁊ ponit corꝑa in q̄b⁹ hec maxime est apta fieri icipiēdo: ⁊ in hoc est cā clara.

Digressio. 47 Sed licet hic hesitare de hoc qđ ponit Gal. an. s. proprïū signū sit ethicarū feb. ex cibo supcalescere. Et arguit̃ p̄mo ꝙ hoc signū i ethicis nō debeat reperiri: q2 tunc ethica nunq̃z posset ꝑ cibaria frigida curari qđ est absurdū: q2 illud nō curat ethicū exquo ethicus calefit. ¶ Et confirmat̃: qa aut ethicus calefiet a cibo calidiori q̃z sit ethicus: aut a tēperato ei aut a frigidiori q̃z ipse sit: sz nō ex calidiori: q2 tunc hoc signū nō eēt ꝓpriū ethicis: q2 etiaz putride calefierēt ex cibo calidiori q̃z ipse sint. nec ex tēperato sibi: q2 talis cibus potius cōseruabit ethicū q̃z ipm alteret. nec a cibis frigidioribus eo qa iam ab illis curari nō posset. Etiā ab illo nō calefit a quo infrigidat̃: cuz igit̃ talia cibaria nō infrigidāt. igit̃ ⁊c̃. ¶ Et cōfirmat̃: quia ethicus nō calefit a cibo nisi qa calefacit cibū qui calefactus postea calefacit ipm. Sed tūc arguit̃ ethic⁹ nō p̄t dare cibo maiorem calorē q̃z hz in suis mēbris: ⁊ ꝑ ꝯñs cibus ꝑ hoc ꝙ ethicus calefacit eū nō pōt ethicū calefacere: ⁊ pz añs. ꝯña probatur: q2 exquo cib⁹ nō est plus calidus q̃z sint mēbra aut illa cōseruabit si hz caliditatē equalē illis: aut nō alterabit ea si nō erit tātū calidus: qm̄ agens dz eē prestātius passo. ¶ Et cōfirmat̃ ꝙ hoc nō sit ꝓpriū signū: q2 istud ꝑ eandē rōnē poterit in putridis febrib⁹: imo etiā in effimeris reperiri. nā in istis febrib⁹ cū mēbra sint caľa caliditate p̄ter naturā calefaciēt cibū q postea calefaciet ea sic̃ fit in ethicis.

¶ Galenus aūt expresse sentit ꝯ̄riuz hic ⁊ supra qđ expresse ꝓbauit in exemplo de calce. ¶ Auer. aūt colľz 4° irruit in hanc sniam: dicēsq̃ꝫ cause que dant̃ a medicis in hoc dātur accñtales sicut sunt fabule cātoꝝ. ¶ Dubiū eniz qđ est in hac mā nō est de ꝯclōne in se: q2 oēs cōcedunt ⁊ testat̃ experiētia: q2 ethici post cibū calefiunt: sed dubiū est de modo: qūo ⁊ que sit in hoc cā: quare h̄ signū huic approprieťse. ¶ Impugnat aūt Auer. cām que dat̃ hic a Galeno sic: — In ꝯ̄riū Auer. onio cōtr Gal. col 4. cap. 3

nā impoľe

Nam impossibile est ꝙ membra ethici calefiant a cibo sicut calefit calx ab aqua:quia impossibile est vt v̄tus nutribilis a nutriente sit tm̄ elongata vt ipsum sit eidem cōtrarium sicut aqua calci.reperit̄ eniz vnumqḋqz istorum alterum corrumpere.

(Gentilis quarti 3.3.c.p°) ⸿ Sed contra hanc causam Galeni arguit Gentilis etiaz sic:quia tunc hoc signum non erit proprium ethicarum:⁊ hoc assumendo rationem Galeni. nam dicit Galenus ꝙ causa quare ethicus calefit ex cibo est:quia omnis arida caliditas irrorata humido p̄ortiorem ⁊ manifestoriem caliditatem ostendit.Sed dicit ipse quarundam putridarum est caliditas arida : imo aridior q̄z sit caliditas quarūdam ethicaruz:igitur talis calefactio ex predicta irroratione plus apparebit in eis q̄z in multis ethicis.Et patet scd̄a propositio ex supradictis:quia dictū est iam ꝙ potest dari aliqua febre putrida colliquatiua que perducet ad tertiā speciez ethice nō antecedēte p̄ma vel scd̄a:imo possibile est dare febrem colliquantem oēs humiditates:vnde homo consumptus ⁊ exiccatus substātifice morietur:⁊ tamen nunq̄z fuit ethicus:modo non est dubium ꝙ aliquādo in hac febre erit maior ariditas mēbrorum ⁊ caliditas magis arida:⁊ poterit etiam esse caliditas subiectiue in membris existens intensior q̄z in multis ethicis:igitur tale signum plus apparebit in istis q̄z in illis.Et tamen Galenus voluit ꝙ esset p̄prium omnium ethicarum.Si eniz auctores dicunt ꝙ hoc signum reperitur solum in scd̄a specie:⁊ tertia specie ethice iam est eorum intentio preexposita. Et hoc argumentuz tenet:quia in febre narrata poterit esse aliquando maior ariditas q̄z sit in scd̄a specie.

(Auer.cā/ip.33.) ⸿ Aliam autem causam assignat Auerrois colliget 4° q̄z sit illa Galeni ⁊ in hoc apparens : nam in ethica calor est īfixus ⁊ habituatus in membris:vnde membra habēt malam complexionem factam:sed nutrimentum debet assimilari nutrito:ergo in ethica nutrimētum accipiet calorē extraneum membris:q̄uis sit nutrimentum frigidum.Et tunc ex caliditate illius nutrimenti crescit feb.⁊ manifestat̄.Sed in putridis non est sic:q̄a calor non est radicatus ⁊ infixus in membris que habent agere in cibum.

(Contra Auerroiz dubitatio. Fūdamēto Auer. supposito vero soluūtur argumēta hec.) ⸿ Sed contra:quia in quadam putrida membra possunt esse magis calida intensiue loquendo q̄z in quadaz ethica vt iam supra patuit:ergo in tali putrida cum nutrimentum debeat assimilari membris plus ab illis acquiret calorem extraneuz q̄z in illa ethica.vnde plus in ea manifestabitur hoc signuz:nam caliditas membrorum subiectiue non agit plus vel minus per hoc qḋ sit facta vel fiens ex quo vtraqz in eodem est subiecto:sed per hoc vna est magis vel minus intensa gradual'r.vnde redditur fortis vel debilis:⁊ hoc saltim suppositis ceteris paribus in equali quātitate subti vel maiori in fiente. Iterū cum cum in effimera spiritus habeant caliditatem factā: ⁊ sit illud mediante quo saltim vt organum nutrimentuz alteratur videbitur hoc tale signum in ea reperiri. ⸿ Et confirmatur.nam non minus videtur aliquādo cibus in aliqua febre putrida posse calefieri a cal'itate facta in humoribus ⁊ vaporibus putridis q̄z in aliqua ethica a caliditate facta in membris : cum illa possit esse maior ista: vt supra patuit.

(Declatio Gal. opinionis.) **Ad declarandum** ergo plene dicta Galeni p̄mo oportet videre que sit causa quare calx calefit ab aqua sup̄ ea proiecta. Propter quod attendendum ꝙ calx vsualis est corpus prius lapideum in igne combustum ad differentiā lateris quod est corpus non incineratuz sed digestum:idest coctum.Et ideo non potest fieri ab omni terra nisi habente aliquam pinguedinem digestibilem non incinerabilem. ⸿ Appellatur autem hoc corpus fere incineratum:quia non totaliter factus est cinis.vnde habet aliquam continuitatem: maxime lapis calcinatus integer.

⸿ Et attende vlterius ꝙ in rebus nos inuenimus duplex calidum:nam inuenimus res calidas actualiter ⁊ ille sunt que primo occursu habent immutare sensum tactus:que caliditas non stat nisi in subiecto habente aliquam humiditatem ex qua tale calidum foueatur ⁊ cōseruetur:quemadmodū apparet de caliditate accensa in candela ⁊ in lignis accensis:⁊ in calore animaliū.nam tādiu durat caliditas in istis q̄zdiu durat humiditas sufficiens in illis.

Sed licet hic sub forma p̄blematis querere que est causa quare cum primuz calidū quemadmodū ignis requirat in subiecto suo siccitatez:ꝙ calidum horuz inferiorū que sunt calida per participationem illius requirunt pro subiecto suo corpus qḋ humiditatē habet ⁊ illa humiditate consumpta non amplius potest in illo permanere.

⸿ Et dicamus ꝙ siccum terrestre non potest esse subiectuz caliditatis ita ꝙ in eo stet caliditas in actu admota caliditate extrinseca:siccuz autē quod in corporibus cōmistis remanet humiditate consumpta est siccum cinereū terrestre:quousqz ergo in re est humidum aereum aptuz inflāmari ⁊ fieri ignis vt regeneratio calidi possit continuari manet caliditas actualiter in re: ergo dicit̄ ꝙ caliditas associat sibi materiā siccam absqz omni humido:hoc est veruz in igne s̄m ꝙ est corpus simplex iam genitum ⁊ quiescens in p̄pria sphera:non autez est verum in corpore cōposito ⁊ cōmisto:nec in inpso igne qui est in cōtinua ḡnatione ⁊ corruptione qualis est ignis quem hic inferius apud nos videmus in lignis:⁊ candela ⁊ alijs combustibilibus.vnde hic ignis mistus est.nā carbo est res terrestris ignita ⁊ flāma vapor ignitus:nam in his donec durat humidum in illis durat ignis generatio: ⁊ cōtinua corruptio adustione humidi:quia siccum terrestre:vt dictum est:quale dominat̄ in istis non est sustentatiuum caloris ignei sicut humidum aereum p̄pter ipsum esse nature igni vicinū.

(Forte soluitur:quia ignis suaz siccitatem hn̄s vt i.p̄pria sphera caret cōtinuo:⁊ in suo eē existit naturali. Hic aūt i mistis violēter:vn̄ p̄ aggn̄atione p̄tinuā cōseruat̄. Naz si s̄m exigētiam nature sue maām raraz hr̄et:h̄ inferius in siccitate cōseruaret̄.)

⸿ Aliud calidū reperit̄ in rebus qḋ est calidū virtualiter qḋ nō est nisi quoddā vestigium formalis caloris qḋ reperit̄ in rebus factis a calido forti agente actuali:siue talis generatio sit perfectiua vel corruptiua sicut est calidū qḋ reperitur in cinere ⁊ calce:naz calor ignis adurens lapides ⁊ ligna:consumpta humiditate eorū remanent partes sicce cum effectu ⁊ virtute caloris: ⁊ non solum effectu ⁊ virtute caloris que est siccitas quaz siccitatem ille partes habent formal'r : sed remanet cum effectu ⁊ virtute que est caliditas:vnde sunt v̄tualiter calide:nam non possunt caliditatem formalē habere cū sint ab humiditatibus excluse.Habēt igitur caliditatē virtualem ⁊ hec caliditas virtualis appellatur vestigiuz caloris siue aliquis ignis vt patet per Aristotelē scd̄o de partibus animaliuz capl'o scd̄o.vnde sicut eniz in exustis siccis vel in cinere relinquit̄ aliquid ignis sic ⁊ in digestis humidis relinquitur eius operantis caliditatis pars.

⸿ Et attende ꝙ partes ille que ex istis remanent virtualiter calide sunt partes subtiliores:non autez partes grosse terrestres:quia ille sunt conformes nature ignis : ⁊ hoc apparet cum ex cinere facimus lisciuium:quoniam aqua fit acuta:quia ille acute partes ⁊ subtiles transeūt in aquā ⁊ remanet cinis sine acuitate.Et patet ꝙ calx viua cuz de nouo extinguitur fit combustiua.Sed post duos vel tres dies talis virtus minuitur:quia resoluta est aqua cuz partibus subtilibus calcis:vnde si multotiēs lauetur calx fit non mordicatiua propter eandem causam.Unde Serapio capl'o de calce dicit.Et est in ea pars ignea in quātitate multa:sed qn̄ lauat̄ pluries fit sine mordicatione:vnde superius dixerat ⁊ qn̄ abluitur cessat operatio ab ea hec:

scilz mordicatio z remanet in aqua mordicatio ei°. ¶ Ex
premissis potest apparere q non oia corpa posita in igne
comburenti sunt incinerabilia vel calcinabilia: nam cor/
pora metallica que humidum habent valde permistum
cum sicco candent in igne vt est ferrum z auruz vt ponit
A. l. giber ille Grabael alchimicus: nā incineratio vt pz fit per humi
di cōsumptionē. Et ideo qñ aliqua talia corpa volum° ad
ignē pulueriçare admiscemus aliquā rē cōsumptiuā hu/
miditatis sicut qñ cū sulphure adurimus stannū aut plū/
bū. ¶ Et attēde q est dare alias res q̄ sunt calide in v̄tute
z in potētia z nō actu que nō sūt facte per adustionē tales
z per corruptionē: sed sunt res que per digestionē a calore
perfecte acquisiuerūt hūc modū calidi vt sunt medicine
calide vt piper: çinçiber: z euforbiūz: z silia que dñr cal'a
in potētia z virtual'r: nā nisi reducanť ad actū a calore no
stri corpis nos non calefaciunt: quis aūt sit modus huius
reductionis est difficultas alibi pertractabilis. Est tñ alia
virtualis caliditatis p̄dictaꝝ medicinaꝝ z reꝝ v̄tual'r cali
darū que per adustionē sūt facte que nō reducunť ad actū
caloris: vt piper ab aqua: quēadmoduz reduciť calx: nam
vltra caliditatē absolute quaz dat corpus nr̄m medicinis
calidis in potētia cū illas ad actū reddūt versať etiā que/
dā forma specifica iter tales medicinas z corpus nr̄z. Ta
les aūt medicine que calide sūt in potētia vt piper z silia
nō potuerūt esse in rerū nā cū calore actuali: qa nā nō faĉ
aliquā rem ad cuius ɔseruationē nō intendat. Et. d. Arist.
Cap. p°. 2° de gñatione aialiū. Si g̊ ille medicine fuissent genite cū
actuali calido cito recepissent detrimētū ex resol'one a ta/
li calido cuz sint corpa cōmista z nō simplicia: indiguit g̊
nā his medicinis calidis: facte g̊ sunt calide in potentia: z
nō in actu vt possint diu i eē ɔseruari. aialia aūt potuerūt
fieri z esse actual'r cal'a: qa p aiaz hñt virtutē regenerandi
calidū: vnde in eis ɔtinue regñanť spūs calidi ꝓpter quaz
cām ex calido actuali nō cito recipiūt detrimentū. ¶ Ex
quib° dictis soluamus rōnē quādā que a quibusdā addu/
Gal. li. 3. cōplonū. ciť ɔ Gal'. in quesito de reductiōe medicinaꝝ ad actū: nā
z p° z 3° videť voluisse Galenus in locis predictis q medicine ca/
simplicib° lide reducunť ad actū a calore nr̄o: qa vere ab eo acqrūt
Aui. pmo formā caloris z principiū manifeste quo nos calefaciunt:
ca. sūma ð vnde apud eū tales medicine sunt calide in potētia essen/
ɔplone. tiali: sed medicine que vocanť frigide que nō infrigidant
nos nisi post reductionē earū ad actū nō requirunt in hac
reductione a calore nr̄o formā frigoris z principiū ꝓpter
qđ in nos agāt: cū nō habeāt calidū nr̄m viā aliquā agēdi
hoc frigus: imo erant prius anteq̄ȝ nobis approximarenť
actu frigide: sed a corpe nr̄o acquirūt solū p̄ncipiū actuale
quo in nos agunt. Et qa acquirūt euaporationē z diuisio/
nē ad minima sine qua frigiditatē nō agerēt: iō tales me/
dicine frigide dicunť esse tales in potētia actuali z nō eēn
Argumē tiali. Tūc formāt illi rōnē ɔtra Galenū quā reputāt fortez
tū ɔ opio/ sic. Nā nō minoris pfectionis sūt entia calida q̄ȝ frigida:
nez Gal. imo discurrēdo per oia entia vniuersi sunt pfectionis ma
de actua/ ioris: g̊ plus nō debēt esse entia res calide tales in potētia
tione me/ z nō in actu q̄ȝ res frigide: imo multo fortius debēt esse ta
dicinarū. les in actu. z apparet ɔñtia: qa eē tale in potētia est mino/
ris pfectionis q̄ȝ eē tale in actu. Et apparet ex dictis sol'o:
nā medicine frigide potuerūt esse actual'r frigide: qa frigi
ditas nō est q̄litas ɔsumptiua z corruptiua: z ideo cū frigi
ditate illa actuali potuerūt mista esse quātuz fuit ɔueniēs
in esse z ɔseruari. Sed qa caliditas est qualitas ɔsumpti/
ua z destructiua: z ideo cū cal'itate illa nō potuerūt mista
actual'r esse calida nisi que habuerūt aiam: cuius v̄tute po
test caliditas cōtinue actual'r regenerari: tūc eni in eē val/
de modico tēpore pmansissent. Cū g̊ dicit q nō est mino/
ris pfectionis zc. ɔcedať quātū pro p̄senti rōne requiriť.

Sed dices tu esse tale in potētia est minoris pfectionis q̄ȝ
esse tale in actu p̄mo. hec ꝓpositio pōt falsificari: qa eē ta/
le in potētia. i. in v̄tute pōt esse maioris pfectionis q̄ȝ eē ta
le in actu vt in multis posset induci. Et hic est locus specu/
lationis si consideras in phia: tñ quantū ꝓposito pertinet
dōm q lz cōcedať q esse tale in potētia sit minoris perfe
ctionis: q̄ȝ esse tale in actu: hoc maxie esset veruz respectu
eiusdē: vt ꝯbi gr̄a. illđ qđ est calidū in potētia est minoris
pfectionis q̄ȝ illud qđ est in reꝝ nā actu calidū: z hoc quā/
tum est ex hoc alijs nō ɔsideratis: nō tñ eēt hoc veꝝ respe
ctu diuersi gñis. nā illđ qđ est in potētia calidū pōt eē ens
pfectius illo qđ est in actu frigidū: z nō itelligimus per h
q caliditas que est in potētia ad hoc vt postea sit in actu
sit pfectior frigiditate que est in actu: cum illa adhuc nihil
sit: sed qđ subm qđ est calidū in potētia qđ. s. in se hz v̄tutē
z dispōnē per quā pōt fieri calidū in actu pōt esse pfecti°
q̄ȝ subz qđ frigiditatē hz in actu. Et de hoc nullus hesitat.
¶ His p̄missis vtilib° ad sequētia vt patebit redeam° vñ
sermo venit. s. inquirēdo. s. que sit cā quare aqua proiecta
sup calcē sic fortis gñať caliditas: z ōdit in hoc Cōciliator 3° notād
cām talē. 140. dr̄ia q in calce inextincta calidūz post tp̄s
remanet virtute que adueniēte frigido actuali subcōtra/
rio peruenit in actū caliditatis: obtundiť aūt calidum cal/ A. l. obscditur.
cis z vigorať ab aque frigiditate infrigidāte z poros clau
dente: ꝓpter qđ calidū in seipsum ɔtractū vigorať z exci/
tať tandē superās friditatē aque actualē. Sic etiā ex trā/
situ aque fride sup mineras sulphureas potētia ꝓpingo/
ri deducta in actū caliditatis excitato in huius mineris ca
lidū ab aqua ipsa reddiť calida de ꝓprietatib° el'ntoꝝ: h
etiā modo ɔfectio ex sulphure z aspalto quā qdā cōstruūt
curiosi exposita pluuie iflāmať qua quis posset domū ini
mici cōburere: qđ z cibus nouus mēbris idicat occurrēs
ethico. Uult g̊ Cōciliator in sūma q cā quare calx calefit
ab aqua ꝓiecta sup eā est: qa aqua frigida fugat cal'm cal
cis ad ꝓfundū qđ pp vnionem exit ad extra fortificatū z
oñdit manifestā caliditatē sic fit caliditas in corpe carno
so ab aqua frigida. ¶ Et nos nō intendimus hūc moduz Opinio
reprobare: cū tñ si cōsideras multū sit reprehensibilis. Et Thome.
demus nos in hoc cām iuxta preinducta q causa illius ap
parentis est: qa cum aqua ꝓijcitur supra calcē diuidēs cal
cez minutissime: z per eā penetrās partes in calcē que sūt
calide virtual'r agunt in aquā inducēdo in illam calidita/
tem formalē z actualem: qa aqua est humida que pōt esse
subiectū actualis caloris: vnde rehumectať etiā suba cal/
cis quo calore inducto aqua vaporās z feruens exit extra
simul etiaz cum partibus subtilibus calcis: qđ pz: qa post
tempus vt dictuz est fuit resoluta z exiccata aqua remo/
ta est actiuitas a calce que occurrens extra tangenti ardet
z fortiter calefacit. ¶ Ex quo pōt apparere: qa calx nō ca
lefacit lignū sup quo poniť nec saccū in quo deferť z res
similes sicut calefacit aquā: naz illa non sunt apta suscipe
re actuale calidū z formale a partib° illis virtual'r calidis
sicut aqua que penetrat in partes minutissimas calcis. vñ
calci ex rebus nō acquiriť humiditas sicut ex aq̃. ¶ His
habitis veniēdū est ad modū s̄m quē ethici supercalefiūt
a cibo: z dederunt aliqui in hoc quendā modū apparentē
z pulchrū dicentes p̄mo q causa quare ethici supcalefiūt
ex cibo nō est siccitas mēbroꝝ ethici: z hoc ꝓpter rōnem
Auer. sed quia tunc membra veniunt ad tātam cōtrarie/
tatē vt sic humidū aqueū illabiť in siccū corpus: z deinde
euaporat: ita humidū nutrimētale illabiť in mēbra ethici.
Et ideo dicunt q ratio Auer. cōtra Galenū est efficax: sed
Galenus loquiť solū exēplariter. Et attēde hic a nobis q Libro 4° cap. 33.
nō voluit Galen° q causa quare ethicus supercalefit a ci/
bo esset siccitas membroꝝ: sed voluit q ꝓpter siccitatez
mēbroꝝ

feb̄.factis frigidioribus partibus exterius ⁊ pulsu paruo: ⁊ augmentabatur paulatim sicut mos est flegmatice vsq̄ȝ in vesperā:neq̄ȝ iequalitatē faciens aliaȝ:similr̄ determinata est flegmatica fe.habita supra.❡ Et demū in statu erat circa horā quartā noctis ⁊ sensibilr̄ declinare incepit circa sextā horā sicut fuerat de exacuitione p̄cedētis diei. ❡ Et pȝ hic ꝙ paroxismus hui⁹ flegmatice īcepit anticipare:ga in scd̄a die incepit hora quarta ⁊ p̄ma die incepit hora sexta:ergo ꝭm hāc regulā in tertia dieruȝ oportebat expectare amphimerine accessionē hora scd̄a:ga iam ꝑcedebat paroxismus eius anticipare per duas horas: nō tn̄ nobis adhuc erat manifestū in tertiana si paroxismus ei⁹ in tertia die custodiet eandē horā quaȝ custodiuit in p̄ma siue nō:ga nondū erat factus nisi vnicus paroxismus ei⁹: nūc aūt ex aduētu solū paroxismi p̄mi illud nō pōt cognosci:ergo hora scd̄a tertie diei iuasit ꝑoxismus floridus al's horridus citius eo paroxismo cōtinue amphimerine qui in p̄ma ⁊ scd̄a dierū īuadebat:ga in p̄ma etiā inuasit hora sexta ⁊ in scd̄a hora quarta:fuit enī hic paroxismus floridus:ga directe floruit cū duo paroxismi īuaderent eadeȝ hora:ga ille flegmatice anticipauit horis duabus:ita ꝙ in tertia die scd̄a hora inuasit floridus paroxismus:sed qūo fit floridus apparebit.Et subdit ꝙ hic paroxism⁹ fuit crescens vsq̄ȝ in horā quintā ⁊ tūc initiauit alius rursus post quintā horā:⁊ expositū est a quibusdā ꝙ lr̄a dȝ dicē post q̄rtā:⁊vult ꝙ etiā alio die ī quo debebat reuerti tertiana intrauerit paroxismus post quartā:ga paroxismus tertiane semꝑ ibat postponēdo duab⁹ horis:⁊ ideo ga scd̄s icēperat scd̄a hora diei:tertius paroxismus debet incipere in fine quarte hore:vn̄ exposuerūt hinc aūt rursus crescēs.i. addens.s.in postpositione vsq̄ȝ ad octauā horā.s.in subsequentibus diebus ⁊c̄.❡ Talis autem expositio ex toto est dissona mēte Gal̄.p̄mo:q꞉ cōis littera reperit̄ lr̄a initiauit alius rursus post quintā horā ⁊c̄.Scd̄o nec vbi Gal̄. fecit mētionē de die alio in illo caplō.ab ħ tertio die. Est ergo intentio eius vna ꝙ totus suus sermo ille referat̄ ad istuȝ paroxismū qui factus est tertia die floridus:nā ga ille fuit cōpositus ex paroxismo tertiane ⁊ flegmatice habuit pluribus vicibus horripilationē ⁊ supcalefactionē:hoc enim est de ꝓprietate emitritee feb̄.vt manifeste decl̄at in illo caplō infra:sed qm̄ de his.❡ Et ideo qn̄ Gal̄.dicit initiauit alius rursus ⁊c̄.nō ītelligit ꝙ initiauit alius paroxism⁹ de nouo:sed ītelligit ꝙ rursus alius horror supuenit sicut supuenerat in p̄ncipio:vnde dic̄ ⁊ oīa erāt ei synthomata similia his que in scd̄a hora facta sunt:⁊ deinde augmētatus est in calefactione vsq̄ȝ in octauā horaȝ:⁊ hoc ītelligit cū dicit. Hinc aūt rursus crescēs vsq̄ȝ ad octauā horam:⁊ rursus etiā in ea iteꝝ īcepit horror ⁊ frig⁹:⁊ postea augmētabat̄ caliditas ⁊ paroxismi iterum:⁊ sic fiebat vsquequo quarta hora noctꝭ venit ad statū:vt enī dictū est:⁊ postea patebit paroxism⁹ hic est certi emitritei.de ꝓprietate enī talis est ꝙ in eo pluries accidit horror ⁊ frigus ⁊ accensus caloris:hoc aūt ibi reꝭuat̄ ad declarādū.❡ Deinde Gal̄. vult decl̄are qūo in p̄dicto exēplo ⁊ simultanea īuasione paroxismoꝝ manifeste apparēt signa nobis significantia ibi duas feb̄.esse complicatas:vnde dicit.eteni q̄si interrogatiue loquēdo qd aliō q̄ȝ certi emitritei ꝑoxism⁹hic fact⁹ est:duabus feb̄.ꝭm eandē horā inuadentibus:q̄si dicat nihil aliud:⁊ hoc ga illa que ꝭm vnāquāq̄ȝ diē exacuebatur anticipabat horis duab⁹ ⁊ tertiana postponebat duab⁹horis vt potēti cognoscere spēs febriū ⁊ habēti signa eaꝝ in mēte euidēter apparēt signa amphimerine ⁊ tertiane hic esse cōcreta ⁊ cōmista. Nā cū tertiana īuadit cuȝ rigore ⁊ amphimerina cōtinua sine rigore feb̄.mista ex ambobus: scilȝ cuius paroxismi īcipiūt simul eadeȝ hora ferebat repente horrorē qui est minus rigore ⁊ mai⁹ circūfractione ⁊ tātū est maius circūfractione quātuȝ minus est rigore:⁊ ideo ꝓportionabilr̄ distās ab alterutra ambarū extremitatū dictaꝝ horror positus est in medio rigoris ⁊ circūfractionis qd̄ assueuit maxime fieri cōtritis exercitātibus vl̄ cōtritis febribus extremitatibus.

Et attentione dignū ꝙ sicut patuit supra horripilatio siue horror est dispō minor rigore ⁊ maior circūfractione pura:⁊ hoc ideo:ga in horripilatione est valde minor motus in membris q̄ȝ in rigore:⁊ ꝑ ꝯn̄s in mēbris sentit̄ passio maior q̄ȝ in rigore.passio aūt que ꝓprie sentit̄ in rigore est mordicatio ⁊ pūctio: ⁊ ga ħ plus fit a mā calida q̄ȝ a frigida:ideo vt ibi dictuȝ est plus accidit a mā cholerica:⁊ dato ꝙ possit etiā fieri a materia frigida:qm̄ etiā frigiditas mordicatiua est.vnde frigidū vlcerib⁹ mordax:in rigore aūt facto a mā cal̄a est ibi frigiditas per accn̄s ꝑ reuocationē calidi ad intra:mā autē frigida vt ibi fuit dictū vtpl̄m facit frigus puruȝ.Et ideo subdit.huic rigor ⁊ frigus pn̄t poni duo extrema:⁊ ħ quia in rigore vtpl̄m sentit̄ punctio:in solo aūt frigore nō: sed horripilatio directe pōt poni mediū accidēs īter ista: ga in ipsa nō sentit̄ pura mordicatio neq̄ȝ puꝝ frigus:sed quedā ꝑua punctio cū quodā modico frigore.Unde Aui. dicebat:vt supra:ꝙ est accn̄s in quo homo inuenit diuersitatē in lacertis suis in frigore ⁊ punctione:similr̄ est membrū:ga in ea non est magnus mot⁹ mēbroꝝ vt in rigore: nec est oīno sine motu vt frigus vt supra patuit. ❡ Et iō cause horripilationis sunt medie īter causas illoꝝ duorū: ⁊ hoc vel ga cause rigoris cōponunt̄ cū causis frigoris:at ga ad mēbrū sensibile expellitur humor mordicatiu⁹ vt cholera cū humore flegmatico fit horripilatio:ga cause rigoris sūt remisse:⁊ hec fuerūt declarata supra in sermone de rigore:nūc aūt in feb̄.illa cōposita accidit horror quando paroxismi eoꝝ simul inuadūt ⁊ nō ꝓprie rigor:nō ga componant̄ in mēbris sensibilibus in mā frigida flegmatica:cū materia cal̄a vt causet̄ horripilatio ⁊ non rigor:ga febris flegmatica que hic est cōtinua cuius mā nō expandit̄ ad sensibilia mēbra vnde ex hoc nō accidit veruȝ frigus ī extremis positū:sȝ in ea accidit frigus ex remotione caloris ad intra ⁊ fit magna reuocatio ꝓpter mām intus esse frigidā:ad extra aūt expandit̄ materia chol̄ica pūgitiua:ista aūt rigorē nō causat:ga ex multa reuocatione caloris nālis ad intra facta ex flegmatica remouet̄ multuȝ sensus ab extrinsecis membris:vnde nō sentit̄ sic pūctio ⁊ mordicatio cholere:⁊ ideo nō fit rigor:sed dispositio infra ipsuȝ que est horripilatio:⁊ sentit̄ ibi plus de rigore q̄ȝ fit frigus tertiane:cū ibi sit maior reuocatio caloris q̄ȝ sit illa que fit in sola tertiana ⁊ sentit̄ frigus min⁹q̄ȝ fit in ipsa flegmatica interpolata:⁊ ideo directe est accidens mēbrū inter rigorē tertiane ⁊ purū frigus flegmatice.Et ideo al̄r ꝯtingit horripilatio in feb̄.illa q̄ȝ in illa que esset cōposita ex chol̄a interpolata ⁊ fl̄atica interpolata in qua ad extrema expelleret̄ materia frigida ⁊ calida.❡ Qꝫ aūt Galen⁹ dicit ꝙ illa horripilatio assueuit fieri ꝯtractis ⁊ cōfractis extremitatibus apparuit supra in p̄dicto sermone:ga prio sentit̄ ꝯfractio q̄ȝ horripilatio.Unde dicebat Auicēna ꝙ cōfractio est quasi maneries eius:⁊ lr̄a que dicit contritis extremitatib⁹ est clara.❡ Deinde Gal̄.ga noīauerat predictam febrē emitriteū vult quasi assignare causaȝ noīationis remouēdo dubium:ga posset dici cum ipsa componat̄ ex flegmatica ⁊ tertiana quare solum denominatur a tertiana dicendo emitriteus:⁊ dicit ꝙ nō absq̄ȝ modo aliquo:idest nō absq̄ȝ aliqua ratione posuerūt hanc feb̄.hoc noīe:ga ipsa est cōposita ex illis:iō ꝭm medietatē sue māe habet alterutrū p̄dictaꝝ:⁊ ideo sic̄ dicimus semiasinus ⁊ semideus:

Digressio.61.

p° quar[ti] trac.2.c.[…]

p° quarti trac.2.c.6

semideus:ita dicim⁹ emitriteus:qa semiasinus est ſm medietatē equus ⁊ ſm medietatē asin⁹. Et tñ solū denoiaṫ ſʒ medietateʒ eoꝝ.s.ab asino:⁊ simil'r est de semideo:qa ſm medietatē est homo ⁊ ſm medietateʒ deus:⁊ simil'r emitriteus ſm medietatē est tertiana ⁊ ſm medietatē est amphimerina cōtinua:⁊ tñ pōt sicut illa denoiari a media ei⁹ pte:vnde emitritea.i.semitertiana. ¶ Et ponit deinde duplicē modū gñationis emitritee ⁊ vn⁹ modus est qui nūc est dictus:qa si cōpositio flegmatice ꝯtinue ⁊ tertiane interpolate sit ꝙ solū vna vice accidat simul īcipe paroxismos vtriusqʒ:⁊ ista non est ṗncipalis emitriteus. Alio mō pōt fieri quādo sic cōplicanṫ ṗdicte due spēs ꝙ a ṗncipio vsqʒ ad finē cōtinue paroxismi earū simul īciperēt ⁊ illa est eaꝝ ṗncipalissima emitritea. Sed nos de istis dicem⁹ post ꝓpter Archigenē ⁊ Agatinū:⁊ intelligiṫ emitritea eē vera qñ fit paroxismus cōpositus ex illis duob⁹ paroxismis sil'r īcipiētib⁹. ¶ Et ꝓsequiṫ Gal'. cū dic̄. Juuenis ğ ⁊c̄. vult modo ostēdere tēpus ꝓcessus illarū febriuʒ dicēs ꝙ facto ṗdicto paroxismo in tertia die:qa simul coiciderūt ꝓpter vnā anticipare ⁊ aliā postponere:paroxismus qui in 4° euenit oriēte sole:qa fuit paroxismus flegmatice q ibat duabus horis anticipādo:⁊ ſm hāc ꝓportionē in q̄nta die debebat euenire paroxismus ſm decimā horaʒ noctis scilʒ flegmatice:⁊ sic pʒ ꝙ ille iuuenis directe erat in diebus equinoctialib⁹. Sed paroxismus cholerice spectabaṫ in q̄nta die hora q̄rta diei:qa postponebat horis duabus:⁊ ita factū fuit:vnde ṗmū vnius paroxismi distabat a paroxismo alterius sex horis:vnde īuasit paroxism⁹ flegmatice circa decimā horā quarte noctis ⁊ ꝓcessit.s.vsqʒ ad horā quartā q̄nte diei ⁊ nocte supueniēte sexta supuenit paroxismus flegmatice hora octaua:qa ibat semꝑ anticipādo:⁊ stetit tota sexta die d̄clinās vsqʒ ad medietatē noctis sexte ⁊ ibi incepit alter paroxism⁹ flegmatice que directe erat hora sexta noctis sexte:cū nox duraret ꝑ duodecim horas:⁊ retinēs totā medietatē noctis sexte que est vsqʒ ad meridiē:qa vsqʒ ad meridieʒ:qa vsqʒ ad horam sextā diei septime iam incipiebat paroxismus declinare: ⁊ tūc directe in sexta hora septime diei supuenit tertiana cū rigore ⁊ cū aliȷs signis supra narratis. Unde in sero habuit quādā breuē humiditatē:idest quēdā breuē sudoreʒ: vnde in hoc ꝑoxismo manifesta signa apparuerūt ꝙ feb. tertiana recedit ⁊ declinat vt ꝙ soluʒ debeat venire alter paroxismus vel ad plurimū duo:⁊ hoc ideo qa declinatio predicti paroxismi habuit mirabilē facilitatē sine aliq̄b⁹ accidētibus:quā facilitatem nulla anterioꝝ accessionum tertiane habuit talē:⁊ durauit hic paroxism⁹ tertiane qui incepit hora sexta septime diei vsqʒ ad quartā horam noctis septime diei. Et in illa hora quarta noctis septime inuasit flegmatica que anticipabat semper duabus horis:⁊ durauit paroxismus per totā noctē ⁊ per totā sequētē diē que fuit dies octau⁹:⁊ īcepit accessio flegmatice ſm octauā noctē sc̄da hora ⁊ detinēs illā totā declinabat ſm dieʒ nonā hora nona:⁊ in illa hora nona paroxismus tertiane debebat fieri in octaua hora:qa antecedēs paroxism⁹ tertiane factus erat hora sexta septime diei ⁊ nō fuit sic:imo factus fuit hora nona in hac nona die:vñ ex hoc ostendit manifeste declinationē tertiane feb. qa in ṗmo postponebat duab⁹ horis:sed mō postposuit trib⁹. Et in occasu solis none diei īuasit accessio flegmatice anticipādo sic̄ cōsueuit ante:qa paroxismus añs īuaserat nocte octaua sc̄da hora ⁊ detinuit totā noctē illā sequētē que erat dies decima: ⁊ illa decima die īuasit flegmatica hora decima:⁊ sic etiā processit anticipādo per modū ꝯsuetū ⁊ in vndecima die flegmatica īuasit hora octaua. vnde adhuc nō mutauit ordinē:⁊ circa ṗmā horā noctis sequētis īuasit paroxismus tertiane:⁊ sic postposuit quattuor horis ⁊ īmediate antecedens postposuerat tm̄ trib⁹:⁊ sic ostendiṫ manifestissima d̄clinatio tertiane:qa lʒ postpositio absolute nō significet declinationē morbi nec̄io:tñ postpositio postpōnis bene sigñat. Uñ ille habuit in hac nocte circa horā octauā al's sextā egestionē cholicā ⁊ sudorē quēdā ī toto corꝑe:⁊ post has eūationes facta est oīs ⁊ tota d̄clinatio tertiane. vnde infirmus prope infebricitationē deuenit:⁊ dicit hoc:qa lʒ tertiana iaʒ total'r cessauerit vnde facta est infebricitatio total'r ex ꝑte istius:tñ qa adhuc remāsit flegmatica eger nō fuit total'r factus infebricitās:sed qa modica remansit caliditas respectu eius que erat:cū etiā hēbat tertianā:iō dicit ꝓpe infebricitationē deuenit. Et sic per ea que ponit manifeste ponit signa recessus tertiane. ¶ Etiā tūc ponit signa recessus flegmatice. nam flegmatica remāsit sola ⁊ declinare incepit:vnde veniēte die duodecimo nō anticipauit duab⁹ horis vt ꝯsueuit:sed solū vna hora:⁊ ideo inuasit hora septima:⁊ ṗmo īuasit hora octaua. In decimatertia aūt die nō anticipauit vt īmediate:vt qa īuaderat hora sexta:īmo tardauit vltra sextā horā:etiā īuasit hora septima sicut ⁊ paroxismus añs:vnde ītelligit sed tardauit ⁊ ab hac.s.sexta hora inuadens septima hora in facilitate digna rōne inuasit cū accidētibus faciliorib⁹ ostēdentib⁹ morbi declinationē:⁊ ſm decimāquartā diē facta fuit declinatio paroxismi multo melior:qa quāto morbus plus declinat tāto paroxismi sunt minores:⁊ paroxismus etiaʒ postposuit:qa illa die inuasit hora nona:⁊ apparuerūt digestionis signa que demōstrauerūt totalē recessuʒ hui⁹ febris in die futura cretica:tñ nō est tp̄s modo dicē d̄ crisi. ¶ Deinde sic cōcludit ꝙ sufficiēter ṗdictus īfirmus demonstrat ꝙ adinuicē multe īmiscenṫ feb. etherogenee.i. diuersoꝝ generū vt cholerice deficientes flegmatice cōtinue que sunt latentes multis medicoꝝ ⁊c̄.

¶ Sed cuʒ de his satis dixerimus ad id qđ pauloante promisimus rursus veniamus. Lauré.

¶ Sed quoniam ⁊ de his satis dictum est rursus ad id redeo:de quo pauloante est a me sermo dilatus. Leonič.

¶ Caplʒ octauū ī quo agit de notitia emitritei. Antiq̄.

Sed qm̄ de his dicta sunt de emitritei differētia que oportet ad id qđ distuli parum antea:redeo rursus.

Cum posuerit signa cōplicationis flegmatice cōtinue cū cholerica īterpolata ⁊ dixerit hāc hīc duplicē modum generationis:vnus cū in vnū tēpus ꝯueniūt duo paroxismi earū quēadmodū fuit in exēplo ṗdicto:⁊ talis habuit solū vnū paroxismū emitritei vere vel ꝯcurrētibus duobus paroxismis earū semꝑ in vnū tēpus a ṗncipio morbi vsqʒ ad finē:⁊ talis febris noiaṫ ṗncipalissima emitritea: ⁊ ibi ꝓmiserit ꝓpter Agatinū ⁊ Archigenē declarare que sit materia vere emitritee feb. intendit hic decl'are an q̄libet cōpositio feb. cholerice cuʒ flegmatica sit emitriteus: sed non quelibet est emitriteus verus:vnde tradit cognitionē quarūdaʒ compositionū flegmatice cum cholerica: quarū quedā sunt de genere veri emitritei ⁊ quedam nō. Et ṗmo dedit intentionē suā cū dicit. Sed qm̄ de his scʒ feb. que sūt de dr̄ia emitritei.s.quedā:qa de illa in qua cōplicaṫ tertiana īterpolata cū flegmatica ꝯtinua in qua paroxismi nō coincidūt directe in vna hora nisi semel dicta sunt que opʒ ad illud qđ dilatū est parum antea:scilʒ que compositio flegmatice continue cuʒ tertiana interpolata sit verus emitriteus:redeo rursus. Deinde exequitur suū propositum:cum dicit.

Margin notes: Nota pro positionē. — Cō^m 11^m

Laurē. ¶ Cōposita enim ex tertiana ac quotidiana continua quā vocamus semitertianā: vel hz flauā bilem exuperantē proindeqz flaua bilis accñtia fortiora vel hāc paucíorē: pituitam v̄o ampliorē: proindeqz quotidiane affectiones firmiores vel neutro altero humore exuperantiorem: sed ambos equales.

Leonič. ¶ Febres igit̃ que ex tertiana ⁊ quotidiana ɔtinua cōposita est quā emitriteū appellam⁹ aut flauā bilez hz exuperātē atqz ob id i eo sunt tertiane febris accñtia maiora: aut hec qdē paucior: pituita v̄o abundātior: atqz idcirco quotidiane ɔtinue affect⁹ firmiores aut neuter hūor alterū vincit: sz ambo eqpotētes existūt.

Antiq̄. ¶ Que eni cōposita est ex tertiana ⁊ quotidiana cōtinua quā emitriteā noīamus aut supabūdātē hz rubeā cholerā: ⁊ ꝓpterea ⁊ tertiane synthomata vehemētiora: aut hāc quidē minorē: plus autē flegma ⁊ ꝓpterea ⁊ cōtinue amphimerine certiores passiones: aut neutro altero humoꝝ eminentiorē: sz pares robore vtrosqz.

¶ Premittendo quandā diuisionez feb. composite ex tertiana ⁊ cōtinua: quotidiana que appellatur emitritea feb. hec nota est per se.

Laurē. ¶ Qualis diligēs semitertiana existit talis specie q̄lez Hip. ipse idicauit scribēs lib. j. de epidimijs ad hunc modū. Pleriqꝫ in hūc modū afficiebant̃: febris continua horrifica acuta in terminum minime itermittens. Modus aūt erat semitertiane diem qdē vnū habēs leuiorē: altera autem grauius affligens atqz ad acutiorem dispositionem increscens.

Leonič. ¶ Quo tēpore est exquisitus emitriteus talē formam representans qualē de eo Hippo. manifestauit cuz in ꝑncipio epidimiarū in hāc scribit sñiam. Erāt v̄o eorū plerisqz passiones huiusmodi febres horride cōtinue acute: oīno qdē nō itermittētes. Modus v̄o erat emitriteus cū altera die leuiorē ferret: alterā v̄o inualesceret ac summatim in acutiem augerentur.

Antiq̄. ¶ Que vtiqz ⁊ certissima emitritea est existens talis specie qualē vtiqz Hippo. eā ostēdit scribēs in ꝑmo epidimiaꝝ ita. Erāt aūt plurimis eoꝝ passiōes horride febres ɔtinue acute: in toto qdē nō deficientes. Modus aūt erat emitriteus: vna quidē leuiore: altera v̄o exacuebatur semꝑ ⁊ vniuersal'r inacutius superaddebat.

¶ Deinde Galenus vt ostēderet que illarū est vera emitritea oñdit auc̃te Hippo. que sit nā veri emitritei: ⁊ dič ꝙ q̄ illaꝝ est exñs certissima emitritea est fe. exñs talis specie q̄lē dicit Hippo. in ꝑ epidimiaꝝ: ⁊ ponit ꝟmonē Hipp.

Tex. 16. Et ꝑ illō qō dicit ꝙ erāt acute itelligit ꝙ vl' erāt acute. i. periculose: vel erāt acute nō absolute sz ɔuersiue cū fe. emitritee elongent̃: vt Auič. 4° cañ. Uel possum⁹ dicere ꝙ erāt acute absolute: vt lz alie possint dici emitritee: adhuc q̄ cū alijs cōditionib⁹ hñt hāc sunt veriores emitritee.

Fen ꝑma tracta. 4° capl'o. 17.

Et intelligit ꝙ illud qō dicit. modus aūt erat emitriteus. s. verus vna quidē die ⁊c̃. altera v̄o. s. die: ⁊ hoc qa in vna die ɔcurrunt ꝑoxismi duo: in alia nō. ¶ Et appet ex v̄bis Hippo. esse de rōne feb. vere emitritee: vnū est ꝙ sit horrida. scōz ꝙ ɔtinua acuta. tertio ꝙ nō sit i totū deficiēs: qa. s. nō desinat infebricitatione vere: ⁊ ideo nō semꝑ ad hoc reqrunt̃ ꝙ illaꝝ feb. vna sit ɔtinua. ⁊ ideo addita fuit hec tertia cōditio ꝓpter duas iterpolatas que adinuicē possent cōponi ꝙ ex eis continue homo febriet: non tamē ibi esset aliqua feb. in toto indeficiens. ¶ Deinde cum. d.

Laurē. ¶ Horrifica aūt dixit nō simpl'r febrē icipiētē cū rigore queādmodū inumeris febrib⁹ id accidit de qb⁹ deinceps docebo. Sed in qbus parte pl'ima accessionis horror prehēdit: altera die in qua sil' afficiūt tertiana ac quotidiana ɔtinua: sequēs eniz dies quotidianam tātūmodo hz. Quocirca ꝑma dies magna ex ꝑte ꝑmistā ex vtrisqꝫ febrē cōmittit: scōa aūt ɔtinuā quotidianā. Interdū enim prima die icipit pituosaz. secunda autem vtrāqꝫ contingit.

Leonič. ¶ Dixi autē horridas nō simpl'r que cū horrore inuadunt sicuti hoc inumerabilib⁹ accidit febrib⁹ de qbus deinceps verba faciemus. Sed in qbuscūqꝫ magnaz accessionis ꝑtē horrores assumūt altera dierū. s. i qua ⁊ tertiana ⁊ quotidiana ɔtinua sil' iuadūt. nam altera dies solā hz quotidianā: magna v̄o ex ꝑte dierū ꝑma mistam ex vtrisqz adinuenit febrē. Scōa v̄o ex pituita cōtinuā. Cōtingit autem nōnunqꝫ hanc primo inuadere die: secunda v̄o ambas simul.

Antiq̄. ¶ Horridas eni dixi nō simpl'r eas que cuz horrore iuadūt: qa ifinitis eqdez feb. existit hoc de qbus deinceps dicā: sed quib⁹ plurimā partez paroxismi possederūt horrores ꝟm alterā eqdē dierū in qua coinuadūt sil' tertiana ⁊ continua amphimerina: reliqua eni dies amphimerinaz hz solā. Igit̃ sepius quidē prima dierū mistaz ex ambab⁹ infert febrē: scōa v̄o ɔtinuā flegmaticā. Contingit quidē qñqz ꝟm primā equidez iuadere flegmaticam: ꝟm secūdā v̄o vtrasqz.

¶ Exponit vnū dictū positū in auc̃te Hippocratis: ⁊ dič ꝙ per febres horridas nō itelligit simpl'r illas que inuadunt cū horrore: qa m'lte sunt tales que nō sunt emitritee vere: sed intellexit illas feb. in quib⁹ horrores possident ꝟm maximā partē paroxismi: qa vsqz ad statū paroxismi vt post dicet ita ꝙ opz ꝙ i ea sit horror eo ꝙ ille horror possidet magnā partē paroxismi: ⁊ hoc apparet in die qua videtur paroxismus vtriusqz feb. ⁊ non in die in quo inuadit sola flegmatica. Et sepius cōtingit ꝙ in ꝑma dieꝝ feb. emitritee inuadunt ambe ⁊ in scōa inuadatur sola flegmatica: lz qñqz posset eē ecōuerso: ⁊ in hoc dicto q̄si remouet qōdaz dubiū ne aliqs crederet hoc scōm nō posse esse. Et possemus dicē ⁊ bñ ꝙ per dictū hoc declarauit dictū Hippoč. cū dicit ꝙ in vna die erāt leuiores ⁊ alia die ⁊c̃. vt ostēdat que dies illa an ꝑ^a vel 2^a: ⁊ sic postea deiceps. ¶ D. c. d.

Laurē. ¶ Accessio igitur cōmunis ex vtrisqz quotiens equales fuerint humores: talis est qualem pauloante descripsimus semitertianam.

Leonič. ¶ Accessio igitur ex vtrisqꝫ commista quando humores fuerint equipotentes: talis est qualem pauloante descripsimus emitriteon.

Antiq̄. ¶ Paroxismus deniqz qui cōis ex ambab⁹ cuz pares robore fuerint humores talis est qualez parū antea subscripsi emitriteam.

¶ Ostēdit nūc Gal. cū declata sit nā veri emitritei que fe. de dictis in ꝑn° hui⁹ cōmēti sit vera emitritea: ⁊ ꝑmo val/

de succincte

de succincte inuit que sit illa que hʒ paroxismuʒ cōem ex
flegmatica cōtinua ⁊ cholerica iterpolata cū hi humores
fuerūt adinuicē pares in robore:⁊ hoc post exēplificabit.
Laurē. ¶ Ubi vō tertiana exuperet feb. ipsa magis horrifica
est atqʒ habʒ cū rigore accessionē. Statim itaqʒ cali-
dior:talis est atqʒ ardētior ac celerius permeat ad cō
sistendi rigorē:⁊ itē quedā bilis vomitū vel deiectio-
nē vel sudorē infert. Ubi vō alter pituosus exuperet
frigus extremaꝝ partiū exuperat ⁊ horror paruus est
⁊ pulsus ipsius ꝯtractio fortior atqʒ diuturnior est ac
tarde accessio increscit ⁊ multo post tēpore viget:nō
tñ citius efficit:neqʒ ardorē:neqʒ vomitus:neqʒ dire
ctio biliosa:vel sudor per eam existit.
Leonic. ¶ Cū vō tertiana ꝓualuerit horridior fit febris atqʒ in
annotatione sibi aliqd horroris associat. Cōfestim vō
⁊ feruidior est huiuscemodi febris ⁊ icēdij plus habet
magisqʒ festinat ad summū ⁊ aliqd bilis ꝑ vomitū aut
per aluū aut per sudorē excernit. At cū altera ex pitui
ta febris prepotētior existit:tūc frigus vehemētiꝰ ex-
tremas occupat partes ⁊ pulsuuʒ fit afflictatio maior
ac diuturnior tardiusqʒ accessio inualescit ac longuʒ
post tēpus cōsistit:nō tñ aut sitim aut magnuʒ affert
incendiuʒ:neqʒ in ea per vomitum aut per aluum aut
per sudorem bilis excernit.
Antiq. ¶ Cū vō tertiana dominet̄ horridior feb. fit ⁊
qd rigoris assumit ſm accessionē. Cōfestiʒ aūt
vtiqʒ.q. ⁊ calidior hoc est ⁊ estuosior ⁊ citius
ad statū deuenit ⁊ quēdā cholere vomituʒ vel
egestionē vel humiditatē fert. Alia vō flegma
tica superabūdante dñant̄ quideʒ frigiditates
extremoꝝ:pauci vō sunt horrores ⁊ pulsuum
cōstrictio fortior ⁊ ꝓlixior est febris ⁊ tarde su
peraddit paroxismus ⁊ post multum tempus
ad statum deuenit:⁊ nequaq̄ siticulosus neqʒ
estuosus est neqʒ vomitus vel egestio chole-
rica vel liquor in ea fit.
¶ Deinde ondit ꝙ feb. mista ex amphimerina ⁊ tertiana
cōtinua in qua humor cholericus dñat̄ vel in qua dñatur
humor flegmaticus nō sunt vere emitritee:⁊ hoc ibi cum
dicit. Cuʒ vō ⁊c. Et dicit ꝙ illa in qua abūdat humor cho
lericus nō est talis:qa ipsa non est horrida:imo horridior
est q̄ debeat esse emitritea:⁊ q̄si dispō sua attinet rigori ⁊
nō horrori:⁊ multa sunt signa supabūdātia tertiane q̄ nō
debēt in vera emitritea appere:⁊ per humiditatē itelligit
sudorē. ¶ Et silr vbi supabūdat flegma supabūdat frigꝰ
plus q̄ debeat eē in vera emitritea:⁊ horrores sūt valde
pauci.i. debiles ⁊ est plus cōstrictio fortior q̄ dʒ esse:⁊ po
nit etiā alia euidētia signa supabundātia flegmatice que
in illa cū est vera apparere nō debēt. ¶ Deide Gal. cū.d.
Laurē. ¶ Atqʒ huius mistionis duarū febrium Archigenes
ipse in notitiā deuenit:sed cōfuse ⁊ iexplanate:quēad
modū indicabimꝰ libro nono de pulsibꝰ quē ꝯ ipsius
cōmētarios fecimus. Existimat ergo in semitertiana
qñqʒ exuperare tertianā febrē:qñqʒ quotidianaʒ:nō
tñ de mistiōe eq̄li eoꝝ que sola semitertianā diligētē
cōmittit:neqʒ cognit:neqʒ idicauit:sʒ penitꝰ obmisit.
Leonic. ¶ Hāc quoqʒ duaꝝ febriū mistionē Archigenes ani
maduertisse videt̄:minꝰ tñ recte atqʒ ꝑspicue quēad-
modū i septimo cōmētarioꝝ quos in tractatu Archi-
genis de pulsibus scripsimus est a nobis ostēsuʒ. Ar-
bitrat̄ igit̄ Archigenes in emitriteis:aliqñ febrē ꝓua-
lere tertianā:aliqñ quotidianā:nō tñ equalē earū mi-
stionē que sola exquisitū emitriteū cōstituit aut itelle-
xit:aut in suis scriptis ondit verū oino pretermisit.
Antiq. ¶ Et huius mistionis duarū harū febriū in itel
ligentiā quandā Archigenes deuenit:confuse
tamē ⁊ iarticulate vt demōstrauimus in septi-
mo libro scriptoꝝ a nobis aduersus librū eius
de pulsibus. Estimat igitur in emitriteis qñqʒ
quidē dñari tertianā febrē:qñqʒ vō amphime
rinā:nō tñ dispart̄ demū dominante mistione
earū:que deniqʒ ⁊ sola certā ꝯstituit emitriteū:
neqʒ intellexit neqʒ ondit sed vl'r dereliquit.
¶ Uult clare explicare que sit cōpositio que verā emitri-
teā cōstituit. ⁊ hec est cōpositio ꝑdicta cū vere illi duo hu
mores in robore sunt pares ita ꝙ accidētia nullius eoruʒ
cū ꝑoxismi simul coincidūt supabundant. Et ꝑmo in hoc
ipse ponit ⁊ remouet errorē Archigenis:⁊ qđ dicit est cla-
rū per se:⁊ peccauit Archigenes nō etiā iam solū noiando
emitriteā verā quā nō debebat noiare:sed etiā qa specieʒ
eius essentialiorem etiā in totū relinquit. ¶ Et cū dicit.
Laurē. ¶ Cū eni equales magnitudine siue itermittēs tertia-
na ⁊ quotidiana cōtinua initiū accessionis cū horrore
existit:id eni mediū rigoris frigorisqʒ existit:e quibus
alterū tertiane alterū quotidiane cōtinue inest. Incre
mentū vō post initiū ꝑꝑ tertianā facile suscipit calidi-
tatē atqʒ ad ipsaʒ ꝯsistēdi rigorē festinat. ꝓpter pituo
sam aūt tardū quantū in se est efficiēs incremētū deti
net̄ atqʒ itersecat̄. Atqʒ est velut quedā pugna acci-
dentiū interdū calefacto egro quotiēs tertiane calor
preualens ad ipsuʒ cutē humores efferrat:detinente
aūt ac retrahente retro huius motū:qa pituosa ocio-
sa ac frigida sit ex natura ac difficile moueat̄ ⁊ tarde
transmeet:at vō in tali pugna exuperante frigido hu.
cōtractio efficit̄ horror ac frigus partiū extremarū ⁊
cutis:ita idē altera accessio incipere videat̄:qđ si cali
dior exuperet vniuersuʒ calefacere ⁊ per rigorē dedu
ci videt̄:deide paulopost exuperāte pituoso egri rur-
sus cōtrahunt̄ refrigerant̄ ⁊ horrent idqʒ mime desi-
nit vsqʒ ad ꝯsistēdi vigorē:qui maturius q̄ ex pituo
so humore tardius q̄ ex biliosa existit.
Leonic. ¶ Nā cū equales magnitudine fuerit:⁊ febris ex bile
intermittēs:⁊ ex pituita cōtinua accessionis initiuʒ fit
cū horrore qui mediū iter rigorē ⁊ frigefactionē obti
net locū:quoꝝ alterū tertianā febrē:alterū quotidia-
nā cōmittat̄. Cū vō ab inuasione iualescit tertiane q-
dem rōne cito calescit ac festinat ad summū:aut ꝓpt
q̄tidianā ex pituita tardat̄ atqʒ in ascensu retinet̄ nō-
nūq̄ atqʒ iterrūpit̄. Estqʒ iter varios affectus veluti
pugna quedā cū eger nōnūq̄ iualescēte febre tertia-
na atqʒ ad cutē humores ipellēte vehemētiꝰ calefiat:
ꝯ vō remorāte atqʒ ad iteriora reuocāte ipsius motū
febre in q̄ ex pituita ortuʒ hʒ. Estqʒ tardi ac difficilis
motus frigida ac lenta existens nā. In hoc aūt certa-
mine cū humor frigidus supauerit sūmissiores horro

res atqȝ extremarū partiū ꝛ cutis refrigerationes sequunẽ: adeo vt videaẽ altera rursus accessio renouari. Cū v̈o calidioꝛ vicerit: tūc statim totū coꝛpus calefit ac iā videẽ febꝛis in sūmo cōsistere: mox paulopost ad pituitā redeunte victoꝛia egroti: denuo ꝯtrahunẽ refrigeranẽ ꝛ hoꝛrēt: neqȝ hoc terminū vllū hȝ donec febꝛis ad summū ꝓuenerit: qꝺ quidē citius accidit q̃ȝ pꝛo moꝛe pituite: tardius tñ q̃ȝ in bile fieri cōsueuit.

Antiq. ❡ Cū eni pares ẜm magnitudinē extiterit ꝛ cholerica deficiēs ꝛ flegmatica cōtinua: imissio qdeȝ ꝓxismi cū hoꝛroꝛe fit: mediū eni hic est rigoꝛis ꝛ circūfrigidationis: quoꝝ hic qdē tertiane: illud v̈o ꝯtinue flatice coexistebat. Augmētatio v̈o que erat ab imissione ꝓp tertianā qdē facile calefactibilis est ꝛ ad statū festinās: ꝓpẽ flegmaticā v̈o tardā quātū in seipsa facientem accensionē detineẽ ꝛ itercidiẽ: ꝛ est velut q̄daȝ pugna synthomatū: qñqȝ quidē ex calefacto laboꝛāte cū tertiane caloꝛ foꝛtius operās ad cutē humoꝛes refert: detinēte v̈o qñqȝ ꝛ reuoluēte ītus hꝰ motū flegmatico pigro ꝛ difficile mobili ꝛ frigido tardo nā̄ existēte. In pugna v̈o hac domināte qdē frigido humoꝛe ꝯtractiōes fiunt ꝛ hoꝛroꝛes ꝛ ifrigidationes extremoꝝ ꝛ cutis vt videaẽ rursus alius īuadere ꝓxismꝰ. Si v̈o calidioꝛ dn̄abiẽ repēte simul supcalefiunt ꝛ ꝓpe statū deuenire videnẽ: demū paulo post dn̄ante flegmatico ꝯhunẽ rursus laboꝛantes ꝛ ifrigidanẽ ꝛ hoꝛrēt: ꝛ hoc non cessat fieri vsqȝ ad statuȝ qui ꝛ ipse maturius qdē q̃ȝ ẜm flegmaticum humoꝛē: tardius v̈o q̃ȝ ẜm cholericum humoꝛem fieri videtur.

❡ Declat ꝙ in cōpositione pꝛedicta vbi isti humoꝛes sunt pares est emitriteus verus: ꝛ declat hoc quātum ad p̃mū augmētū ꝛ statū paroxismi: ꝛ dicit ꝙ qñ humoꝛes illi fuerint pares in roboꝛe: qa vnū nō dn̄eẽ alteri: tūc imistio paroxismi .i. inuasio paroxismi ex ambobus illoꝝ mistis fit directe cū hoꝛroꝛe qꝺ est mediū iter circūfractionē ꝛ rigorē purū frigꝰ: ꝛ simiľr sentiẽ pūctio ꝛ moꝛdicatio maioꝛ q̃ȝ in illis ꝛ minoꝛ q̃ȝ in rigoꝛe: quoꝝ hec quidē .s. rigoꝛ tertiane: illud v̈o .s. circūfrigidatio flegmatice existebat .s. cum inuadūt pure nō adinuicem miste. ❡ Deinde docuit augmentū dicti ꝓxismi. nā augmētū huiꝰ paroxismi quātū ex tertiana cū sit cito excalefactibilis cito veniret ad statū. Sed qa flegmatica tardat in augmēto hinc est ꝙ detineẽ augmentū tertiane vt nō veniat ad statū: ꝛ hoc qa flegmatica trahit caloꝛeȝ ab intra ꝛ obtundit ipsuȝ quousqȝ nō ascēdit ad augmētū vel statū: ex hoc eni detineẽ excalefactio humoꝛis cholerici ꝛ fit quedā pugna ex hoc synthomatuȝ istoꝝ humoꝝ: ꝓpter qꝺ hic aduerte ꝙ humoꝛ flegmaticus: vt habitū est supꝛa ꝛ ponet īfra Galenus: est valde de difficili calefactibilis ex sua grossitie ꝛ viscositate: vnde multū eius p̃nᵐ ꝛ augmētū ꝓlongaẽ. Sed humoꝛ cholericus est cito faciľr ꝛ vnifoꝛmiter ꝛ multū calefactibilis: ꝛ ideo cū hi humoꝛes sunt adinuicē pares in roboꝛe ꝛ cholericus putrescit extra venas ꝛ flegmaticus ītra causanẽ accidētia ꝛ pugnā que narrat Galenꝰ: qa aliqñ vincit vnus humoꝛū aliqñ alius cū sint pares: ꝛ nō vincit ꝯtinue vnus: ꝛ ideo aliqñ vincēte humoꝛe cholerico ꝛ calefaciēte partes extrinsecas trahit caloꝛeȝ ad extrinseca vt videaẽ paroxismū deuenire ꝓpe statū: deinde vincente humoꝛe flegmatico frigido intus existente reuocaẽ caloꝛ ad intra ꝛ ifrigidanẽ extrema vt videaẽ īuadere alter paroxismꝰ: ꝛ fit hoc ex calefactione ꝛ infrigidatione extremoꝝ pľies quousqȝ paroxismus veniat ad statuȝ: qui status aduenit citius q̃ȝ si solū hic esset paroxismus flegmaticus: ꝛ tardiꝰ euenit q̃ȝ si esset solius cholere: ꝛ hoc itelligit cū dicit: qui ꝛ ipse .s. status maturius .i. citius. Et assignat cām cum dicit.

❡ Qm̄ pituosus detinet biliosi celeritatē: biliosus aūt tarditatē ac segniciem pituosi cohibet. Atqȝ hic diligens semitertiana est ex equali tēperamēto duarū febꝛium effecta. Ea v̈o que minime diligens est: vel humoꝛe biliosum vel pituosum obtinet amplioꝛē. Laurē

❡ Nā huius qdē celeritateȝ cohibet pituita: ac rursus pituite tarditatem atqȝ hebetudinē excitat bilis: talis quidē est exq̄situs emitriteus ex equali duarū febꝛiuȝ temperatura compositus: qm̄ etiā ex duobus humoꝛibus constat. At qui exquisitus non est aut bilem aut pituitam habet pꝛepotentem. Leonic

❡ Naȝ cholerici quidē velocitatē flegmaticus detinet humoꝛ: flegmatici v̈o rursus tarditatē ꝛ pigritiā cholericus erigit: talis quidē est certa quedā emitritea ex pari roboꝛe crasi .i. cōcretione duarū febꝛiū fiens: qm̄ ꝛ duoꝝ humoꝝ: que v̈o non certa vel cholericum humoꝛeȝ vel flegmaticum amplioꝛem habet. Antiq.

❡ Deinde concludit hāc esse verā emitriteā cū dicit .sciēs quoniā ꝛ duoꝝ humoꝛū suppleas est in ea equalitas: ꝛ totum aliud est notum per se.

Et attendendum ꝙ causa q̄re frigiditas extremitatū ꝛ hoꝛroꝛ accidit pluries ꝛ nō cessat quousqȝ hec feb. ꝓueniat ad statuȝ est: qa vsqȝ ad tēpus status nō est caliditas ꝑ totū equaľr expāsa vt possit talis ꝯtingere diuersitas: qa tūc in quolibet humoꝛe est per totū accēsa caliditas: ꝛ tūc ab vtroqȝ non ꝓcedit nisi calefactio: sed vsqȝ ad tale tēpus nō īuadit in totū caľitas in humoꝛe flegmatico. Et ideo talis ifrigidatio pluries pōt ab eo ꝯtingere. nā cū caliditas icipit v̈sus exterioꝛa tēdere: qa ibi vadit humoꝛ cholericꝰ ꝛ dimittit interioꝛa: tūc humoꝛ flegmaticus infrigidaẽ magis: ꝛ qa tūc magis ifrigidat intus caliditas ad iterioꝛa reuertiẽ: ꝛ ꝓpterea tunc accidit frigus ꝛ citius densitas ꝛ fit vsqȝ ad statū ꝛ fit pluries ꝓpter nūc vincere vnū humoꝝ nūc alterū. Unde Aui. dicit hoc euenire ter ꝛ quater: imo etiā hoc aliqñ accidit in aliqua pura flegmatica: ꝛ dato ꝙ nō tātū nec sic manifeste vt in hac. nā flegma ex viscositate sui nō calefit vnifoꝛmiter: imo cū supficiaľr est caľm adhuc itrinsecus est frigidū: vnde cū a caloꝛe extraneaẽ ꝛ apiẽ postq̃ȝ videbaẽ calidū reuertiẽ aliqñ frigus. Uñ Auic. ca. de flegmatica neqȝ calefiūt subito: neqȝ ẜm graduationē continuā: imo paulatim cuȝ reditione frigoꝛis: ꝛ dato ꝙ valde minus ꝛ nō manifeste vt in hac vt dicūt ꝓpter non esse ꝛ illā pugnā humoꝝ que est in illa: ꝛ ideo etiā talis modus paroxismi nō eueniret in feb. ex flegmate ꝛ cholera cōposita per mistionē: ꝛ hoc qa vtriqȝ illoꝝ humoꝝ tūc debeẽ vna caliditas ꝛ vnū est in eis tēpus hoꝛroꝛis ꝛ calefactionis vtriusqȝ: ꝛ ideo lȝ in illa fe. in p̃nº īuasionis accidit hoꝛroꝛ: nō tñ accidit in ea in eodē ꝓxismo plures hoꝛroꝛes;

Fen pma tracta. 4 capto. 17

pᵉ quarti tra. 2. c. 1

sed in predicta propter non esse ibi illam pugnam.

Et vlterius attentione dignū q ex his que ponit hic Galenus apparet q in paroxismo misto emitritee vere equale est tēpus vtriusq3 paroxismi vsq3 ad statū: ꝛ hoc qa horror pluries accidēs detinet paroxismū tertiane: sed post puentū ad statū paroxismi feb. tertiane citius declinat: qa causa elongationis ꝑm aliquid iam sublata est. ¶ Sed si cōponeret tertiana cōtinua cū flegmatica cōtinua tertiana cōtinua citius perueniret ad statū ꝛ citius etiā declinaret: qa in hac cōplicatione nō cōtingit accidēs qd detineat puentū tertiane ad statū: qa nō accidit horror predictus in ea cū ambe sunt ꝯtinue: ꝛ hec dicta declarauit Auic. cap. de emitritea cuz dicit. ꝛ accidit tertiane cōtinue vt alleuiet ante alleuiationē flegmatice: lz nō redeat ante eius reditionē. ¶ Ex quib⁹ oibus colligit que vere feb. dicat emitriteus verus: qa feb. cōposita ex tertiana iterpolata ꝛ flegmatica ꝯtinua: quaꝝ paroxismi in die in qua ambo veniūt simul inuadūt ꝛ in q̄ ambo rigores ꝛ horrores in robore sunt pares: qa tūc directe talis feb. est hñs oēs cōditiones: que determinate sunt in dicto caplo supra allegato. oēs aūt alie cōpōnes flegmatice cū cholerica ꝛ que ponunt ꝛ que posite sunt nō vere emitriteus appellat: tñ de his noib⁹ modica dz nobis eē cura. Unde ait pnceps. Et iā ponūt emitriteū purū feb. cōpositaz que fit ex tertiana extrinseca ꝛ flegmatica intrinseca ꝛ illā que est pter illā noiant nō purā: ꝛ nō est illō de illis de qb⁹ supflua occupatio sit hñda. Et ex dicto qd ptulit Gal. cū dicit. qui stat⁹ maturius: q̄z ꝑm flegmaticū humorē ꝛc. videt voluisse emitriteā feb. esse breuiorē flegmatica: qa eadē causa videt pmanere in tēporib⁹ vlib⁹ haꝝ febriuz: que ab eo posita est in tēporib⁹ particularib⁹ paroxismi. ꝛ de hac feb. postea forte aliquid dicemus.

¶ At vo scda iplexio ac mistio est duarū febriū in tertiane ꝛ quotidiane subsimilē efficiēs accessionē predicte quā diximus. Sed dessidet eo q deducat ad integritatē: ꝛ qm scda die vel cū horrore vel rigore quotidiana sola effecta incipiat. Quocirca talis febris nō insup semitertiana erit: siquidē semitertiana continua censet. Si vo in altero gñe febriū annumerem⁹ nō solum talis: sed etiā alie quedā febres noiabunt semitertiane. Ob eā rem mihi videt Agatinus oēs extentas tertianas appellare semitertianas: sz eni cū de noib⁹ potius q̄z de rebus tales inquisitiones sint imorāduz in eis minime censeo: nā alio libro seorsuz de vocabulis medicinalibus dictū iā est: in quo id ostēdit ac diffinit in plenū quenā sint de rebus ꝛ quenā de noibus dubitatiōis. Quocirca rursus ad res ipsas redeam⁹ semitertianā ab Hippo. nominatā horrificā ꝛ ꝯtinuā q̄z tertiana quotidiane continue permista cōmittit.

¶ Scda est duarū febriū tertiane. s. ac quotidiane cōplexio ac cōmistio que similē qdē nup dicta facit accessionem: in eo tñ differt: qm in hoc febris pducit: ꝛ qm die scda cū rigore aut horrore sola quotidiana febris inuadit: nō igit erit hec febris emitriteus: siqdez ex numero cōtinuarū emitriteus existat: q si etiā in altero genere emitriteus collocet nō hec tm: sed multe pterea alie febres emitritei vocabunt: hac rōne mihi videt Agatinus oēs que ptendunt tertianas emitriteos appellare: sed qm de noibus potius q̄z de rebus sunt qōnes huiusmodi in eisdē minime censeo cōmorandū. Naz de noibus ad medicinā ptinētib⁹ seorsuz a nobis scriptū est alio tractatu in quo hocipm ostēdit atq3 integre prefinit quales nam sint de rebus ac quales de noibus disceptationes. Rursus igitur ad res ipsas redeamus: hoc est ad eū quē Hippo. vocat emitriteū horridum atq3 cōtinuū quem facit tertiana quotidiane continue cōmista.

¶ Scda vo est cōplicatio ꝛ cōmistio duarū febriū tertiane ꝛ amphimerine: similē qdē quendā paroxismū faciēs ei qui ante dictus est: differētē vo ꝛ in eo qd pducit hic in febricitatiōnē ꝛ in eo q ꝑm scdam diē vel cuz horrore vel rigore iuadit sola effecta amphimerina quo circa nō adhuc emitritea talis ē febris: si tñ demū synocharū. i. cōtinuaruz erat emitritea. Si vo in altero genere febriū eā annumerauimus nō hic talis solum: sed ꝛ alie quedā febriū nominabunt emitritee. Scdm hoc mihi videtur ꝛ Agatinus vniuersas que extendunt tertianas emitriteas noiare. Sed ꝛ qa de noibus magis q̄z de rebus he tales qōnes sunt: imorari in eis nō dignor: scriptū est eni de medicinalib⁹ noibus singulariter ꝑm alterū opusculuz in quo ꝛ hocipsum demōstratū ꝛ determinatū est finaliter: que quidē sunt de rebus: que vo de noib⁹ altecationes. Eamus igit rursus ad ipsas res ad eā que ab Hippo. noiat emitritea que horrida est ꝛ ꝯtinua quā tertiana amphimerine quidem cōtinue cōcreta operatur.

¶ Cuz posuit signa feb. cōposite ex flegmatica ꝛ cholerica ꝑm vnū modū cōpōnis ꝛ ostēdēt ꝑm quē eēt vera emitritea: vult nūc declare de alijs modis cōpositionis supra dictis harū feb. oñdēs q in ea nō est vera emitritei natura. ¶ Et pmo de cōpōne tertiane iterpolate cuz flegmatica iterpolata: ꝛ qd dicit est clarū. ¶ Et attende q paroxism⁹ mistus ex duab⁹ harū feb. est silis paroxismo feb. antedictaꝝ in multis: qa sicut in predicto paroxismo in pncipio fit horror: ita in pn° huius paroxismi: sicut etiā in illo vsq3 ad statū fit pugna synthomatū ex reluctatiōe hoꝝ humorū adinuicē: ita etiā in hac: vnde plies accidit horror vsq3 ad statū ex pugna hoꝝ humoꝝ cuz hec nō sit cōpositio p admistionē: sed per vicinitatē. ¶ Similr status huius paroxismi citius venit q̄z in sola flegmatica ꝛ tardi⁹ q̄z in sola cholerica: pter cās illasmet in pdicto paroxismo: nihilominus tñ in predicto paroxismo est dña a pdicta: qa horror q euenit in pn° paroxismi emitritei veri in qua humores sunt in robore equales nō est vere mediū inter rigorē ꝛ circūinfrigidationez sicut horror que euenit in hac feb. quia ille plus attinet rigori: ꝛ hoc qa frig⁹ qd ibi est solū euenit ex reuocatione caloris. Sed horror eueniens in illa est plus medio attinens: qa in hac ext venas ad carnes sensibiles expāsus est humor frigidus ꝛ calidus ita q ibi est vere frigus positiuū: ꝛ maxie fit ibi horror attinēs medio: cū humores adinuicē sint pares: nā in ea vere componunt cause rigoris cū causis frigoris. ¶ Ubi aūt esset cōpositio flegmatice iterpolate cū tertiana cōtinua etiā non accidit horror verus qui est accñs mediū: cū ad extra non expandat mā rigorē causans: sed mā frigida tm. Et iō ait Auicēna de emitritea q qñ componit tertiana iterpolata cū flegmatica cōtinua: tūc est rigor debilior: qñ aūt cōpo-

Margin notes: quarti ... icta. 4. ... p.38. | quarti ... icta. 4° ... plo. 37. | aurē. | conic. | Antiq. | Cō^m ix^m | Fen pma 4. trac. 4. cap. 18.

niť flegmatica īterpolata cū tertiana ꝯtinua:tūc est rigor in ea q̄si nullus aut debilis. Et qđ dicit Gal.ꝛ in eo qđ ꝺm scđaꝫ diē īuadit sola effecta amphimerina vel cū horrore scilꝫ solo vel cū rigore.s.solo etiā intelligit hoc fieri in die in quo inuadit sola flegmatica īterpolata:vñ presupponit in p̄ma die ambas īuadere:nec ītelligit ꝙ īuadat cuꝫ horrore vere qualis est horror q̄ euenit in vero emitriteo vł in p̄ma die huius feb. ⁋ Et siľr nō ītelligit ꝙ īuadit cum vero rigore:sed dicit hoc in cōparatione ad emitriteā verā quātū ad diē in quo inuadit sola flegmatica:q̄a ibi flegmatica erat ꝯtinua:sed illa est īterpolata:nunc aūt in flegmatica interpolata accidit morb⁹ maior:ꝛ maior passio in mēbris sensitiuis q̄ꝫ in cōtinua:vñ supra declaratuꝫ est ꝙ in flegmatica īterpolata pōt euenire aliq̄s paruus horror ꝛ rigor:nō hic ītelligiť horror manifestus sicut euenit in p̄ncipiys p̄dictoꝝ paroxismoꝝ:sed sic̄ p̄dictū est ꝛ habitū est supra:q̄uo auctores sepe vnū de noīb⁹ sumūt pro alio.

Lauré. ⁋ Intermittenti aūt minime efficit ꝓpterea ꝙ febris ex vtraqꝫ composita:necnon ītermittens existit.

Leonic. ⁋ Intermittenti aūt nō ita:qm̄ que ex ambabus componiť febris necessario ꝛ ipsa intermittitur.

Antiq. ⁋ Deficiēti ṽo nō adhuc:q̄a ꝛ ea que ex ambabus cōponiť ꝛ ipsa ex necessitate deficiens fit.

⁋ Deinde Galenus narrauit opionē Agatini circa nomē: ꝛ qđ dicit est ꝑ se notū:cū eni diť. Deficiēti ṽo ꝛc̄.ītelligit deficiēti.s.amphimerine mista tertiana īterpolata nō adhuc.s.operať feb.cōtinuā. ⁋ Et cū dicit q̄a ea que ab ambabus.s.p̄dictis interpolatis ꝛc̄.ꝛ clarū est:qm̄ si cōponātur he due adinuiceꝫ ex necessitate corpus aliq̄n remanet sine feb. Sed si vellet Galenus ꝙ ex q̄busdā interpolatis duabus cōponať feb.ꝛ ipsa sit deficiēs ꝛ nō continua:hoc est verū quātū est in sui nā:nō tñ opꝫ ꝙ sit deficiens:quia eger aliq̄n fit sine feb.q̄a possibile est ꝙ due īterpolate sic componantur ꝙ faciant feb.in forma feb.inseparabilis vt si superueniat paroxismus vnius anteq̄ꝫ alter sit eradicatus sicut si adinuicem componerenť due cōtinue interpolate. ⁋ Deinde cum dicit.

Lauré. ⁋ Neqꝫ etiā ex duobus continuis.s.biliosa ac pituosa poſſe est fieri semitertianā:neqꝫ eni mistio efficiet horrificā talē accessionē:neqꝫ multas īgeminationes habentē:cuiuslibet eni cōtinue febris sumpte rōne quotiens diligens fuerit:neqꝫ habeat horrorē:neq̄ꝫ rigorez:neq̄ꝫ etiā febris ex ea cōposita horrifica erit. Opꝫ igiť si eadē futura sit horrifica simul ac cōtinua gñationē hr̄e ex duab⁹ feb.altera q̄dē ītermittente:altera aūt cōtinua:ꝛ ob eā rem tertiana ꝑmista quotidiane cōtinue cōmittit semitertianā:neqꝫ ambe intermittētes:neqꝫ ambe cōtinue p̄ñt cōmittere talē febrem.

Leonic. ⁋ Nō tñ ex duab⁹ ꝯtinuis quarū altera ex bile altera ex pituita generať:pōt emitriteus consistere:qm̄ hec cōmistio febrē horridā ac que mltas habeat reduplicationes non facit:nā cū oīs febris cōtinua sui quidē rōne cū exquisita fuerit neqꝫ horrorē habeat neqꝫ rigorē:neqꝫ etiā q̄ ex eisdē cōponiť horrida fiet:nec̄e est igiť si horridus siľ atqꝫ ꝯtinu⁹ sit emitrite⁹ futur⁹ ex duab⁹ ip̄ꝫ febrib⁹ gñari quaꝝ altera sit ītermittēs: altera ṽo cōtinua:atqꝫ idcirco tertiana q̄dē cū quotidiana cōfusa facit emitriteū:cū neqꝫ vtraqꝫ cōtinua: neqꝫ vtraqꝫ ītermittēs huiuscemedi queāt feb.gñare.

Antiq. ⁋ Nequaq̄ꝫ tñ neqꝫ ex duab⁹ ꝯtinuis ꝛ cholica ꝛ flegmatica poſſe generari emitriteā:neqꝫ.n. horridā faciet talem hāc febrem hec cōmistio: neqꝫ multas supreduplicatiōes hñteꝫ:oī eniꝫ cōtinua febre ꝺm suiipsius rōnē cū certa fuerit neqꝫ hñte horrorē:neqꝫ rigorē:neqꝫ que cōposita est ex eis horrida erit. Necesse igitur si est horrida simul ꝛ ꝯtinua eandē gñonē hr̄e eā ex duab⁹ febrib⁹ altera q̄deꝫ deficiēte reliqua ṽo cōtinua. Et ꝓpterea tertiana q̄dē amphimerine cōtinue concreta operať emitriteū:neqꝫ ṽo vtreqꝫ deficientes neqꝫ vtreqꝫ cōtinue existentes possunt generare talem febrem.

⁋ Determinat de alia cōplicatiōe flegmatice cū cholerica vt q̄ñ ambe sunt cōtinue oñdēdo qm̄ hec nō est vera emitritea:ꝛ q̄ꝛ nō hꝫ ea que ad illā req̄runť q̄a nō erit horrida: nec habebit plures supreduplicationes:vt q̄a.s.nō ꝯtinget in ea supcalefactio ꝛ pluries horror:ꝛ assignauit cām sui dicti cū dicit:omni eniꝫ ꝛc̄.ꝛ qđ ꝓsequiť est clarum.

Sed dictum suum reddens cām hꝫ ambiguitatē: dicit enim Gal.2° ꝓnosti.cō.4°.qm̄ initiū paroxismi in egritudinib⁹ acutis multotiēs est cū rigore ꝛ horripilatione:sed egritudines acute sunt ꝯtinue vt est ex plurib⁹ locis videre. ⁋ Et cōfirmatur 4° pti.afor. afo.46. Si rigor īciderit febre nō deficiēte debili iā existente ṽtute/mortale. Et ibidē. A causone habito rigore supueniēte solo fit. ⁋ Et ꝯfirmať:q̄ꝛ apata mēbroꝝ īterioꝝ vtpl'm sequunť feb.ꝯtinue:sed ad feb.talium apatū:sequiť rigor ꝛ horror maxime cū talia apata sunt in mēbris sensibilibus. vñ Auicē.de apate calido renū dicit:signū apatis calidi in renibus est febris īseparabilis ꝛc̄.etiā subdit.ꝛ est feb.eius cū frigore extremitatū:ꝛ fit illic horripilatio cōmiscens inflāmationē ꝛc̄.nisi forte Gal.ꝑfecte suū dictū ꝯditionet cū dicit. Omni eniꝫ ꝯtinua feb.ꝺm ipsius rōnē cū certa fuerit neqꝫ horrorē hñte neqꝫ rigorē. Et cā sui dicti ē:q̄ꝛ rigor vel horror qui veri sunt causari nō p̄ñt nisi mā̄ ingerat maluꝫ sensum.vñ opꝫ illā in mēbris sensibilib⁹ existere:tunc aūt opꝫ talem mām eē extra venas:sꝫ mā̄ cōtinuā causans intus in venis vt supra cōtenta putrescēs situať:vene autem sunt mēbra īsensibilia vel sensus obtusi valde nō sufficientes ad hoc. Similr̄ mā̄ rigorē faciēs vel horrorē veꝝ causans per mēbra sensibilia penetrat subito ꝛ deferť:mā̄ aūt que in venis putrescit cōtinuā causans ꝑ subam vene non penetrat. ⁋ Et ideo Gal.assignāter dicit:omni eniꝫ ꝯtinua ꝺm sue ipsius rōnē:q̄ꝛ ex ꝑte sue māe inquātū est causans cōtinuā nō debet hoc accidere:per accñs tñ pōt etiā in cōtinua accidere horror ꝛ rigor:ꝛ hoc vel q̄a mā̄ que cōtinuā causabat stans ītra venas expelliť ad extra venas sicut allegatū est ex afor. vel q̄ꝛ extra venas in locis sensibilibus erat aliq̄s humor mordicatiuus vel circa illa loca q̄ potēs est causare rigoreꝫ:nō tñ causabat:q̄ꝛ ꝑmanebat quietus ꝛ in afflictione ꝯtinue accidit hūc humorē cōmoueri vnde rigorē causat. ⁋ Accidit etiā in febribus cōtinuis frigiditas extremoꝝ que sepe ab auctoribus appellať īproprie:tñ rigor vel horripilatio:que frigiditas ꝓprie:ꝛ per se a mā̄ faciente ꝯtinuā nō accidit cū ab ea īmediate nō causeť:cū nō sit frigiditas positiua a mā̄:sed ex fuga caloris abintra. Et similr̄ pōt accidere rigor vel horror in cōtinua quādo cuꝫ ꝯtinua aliqua cōplicaretur īterpolata. ⁋ Et ideo notāter addit Gal.cū cōtinua certa fuerit:q̄a si nō erit certa ꝯtinua sic possent eē due īterpolate q̄ nunq̄ꝫ dimitterēt hoīeꝫ sine fe.posset eē cā rigoris vel horripilationis vt est de se notū. ⁋ Et ex his patent que dicētur. ⁋ Gal.eniꝫ 2° ꝓnosticoꝝ.

Digres sio.62.

Afor.58

